




40

15.07.

10.




160-6-1



vel Chivis et Ca. Com. Eliz de Granada S. L.
B. 1409

MATTHAEI GA=
LENI VESTCAPPÉL-
LII THEOLOGI LOVA-
NIENSIS, ET SACRARVM LITERA-
RVM PROFESSORIS ACADEMIÆ DILINGANÆ
Origines Monasticæ, seu de prima, ac
vera Christianæ Monastices origine
Commentarius ad R. in Christo P. ac
Dñ; Dñ. IOACHIMVM VVIDEMAN
lectissimum celeberrimi Mona-
sterij Staingadeñ.
Abbatem.




Indicem capitum totius libri epistolæ dedica-
toriæ proximè subiectum reperies.

Cum Gratia & Privilegio Cæsareæ Maiestatis.

DILINGÆ EXCVDEBAT
SEBALDV MAYER.

Anno Domini 1563.



AD LECTOREM HVIVS
commentarij epigramma.

Qui cupis abstrusas res antiquarie nosse:
Hinc Therapeutarum quæ sit origo scies.
Hinc ipsum primos Monachos sacrasse videbis
Numen; Apostolico & per placuisse choro.
Hinc & quantus honor sit ijs ab origine cernes
A cunctis habitus; iure nec abq. suo.
Nam disces etiam benefacta illustria in omnes
Christicolas horum: si pia scripta legas.
His quid apostatica melius queat ergo ceterue
Cudi, quo repetat septa relicta diu?
Cernet in hoc etenim speculo; cum criminè quanto,
Quod commutariit permiseranda decus.
Nec vereor sanè, multum confidere: quin si
Volueret hæc, melior turba prophana foret.
Fortè & præcones conuictia parcus essent
Iacturi, his lefftis serio, in ista sacra.
Non dubium certè est; quin qui fæda illa prophanant
Vita sanari lecta per ista queant.
Deniq. qui violare fidem, vel schema laborant
Excutere: huiusfuros pharmaca fida reor.
Tu quoq. quisquis ades lector (mibi crede) relato
Gaudebis fructu: volvare perge librum.
Nam describenti totum (nendum ille molestus
Exitit) extorsit carmina fausta mibi.

M. Andreas Ierynus Riedlinganus; quum
suis htinc commentarium descriptissit
digidis M. Galeno suo, pangebat Dilingz
Sueorum M. D. L. XIII, Calend. April.

REVERENDO
IN CHRISTO PATRI,
AC DOMINO, D. IOACHI-
MO VVIDEMAN ABBATI STAIN-
GADENSI MATTHÆVS GALE-
NVS VESTCAPPELLIVS
S. P. D.



EMIRATVR OS
P. ac D. R. auguror, ac
vereor plerosq; omnes,
q; in lucubrationis nostræ
fortè incident lectionem:
quā ob rem post tam mul-
tos Monasticæ vitæ, ac
votorum adsertores, ac patronos tam priscos,
quām recentes & ego de ijsdem rebus cōmen-
tari quippiam induxerim in animū; & cur hoc
quicquid esset operis voluerim, atq; adeò ausus
fuerim gratioso tuo dedicare, atq; inscribere
nomini. Necq; enim videbitur nostræ fuisse in-
opiæ falcam expedire hoc in agro, quem non
minus laboriosi, quām periti, atq; oculati mes-
sores non semel demessuerint olim: necq; obscu-
ritatis lectissimum penè impudenter, appellare,
aduocareq; patronū. Quocircà vt his duo-

A 2 bus

E P I S T O L A

bus scrupulis dilutis tecum orthodoxus lector intelligat nostrum consilium, & rationes huius facti non indignas benevolētia: quām possum obnīxē, ac suppliciter rogo; vt dum eas conor exponere; eadem, quam hactenus non raro me profiteor expertum; humanitate pergas epistolam nostram euoluere. Itaq; licet Monastice tam veteribus, quām recentibus nitatur, & cōtentā potuerit forsitan manere patronis; attamen nō operæ duntaxat pretium me facturum sum confisus; si hæc in publicū darem; verum etiam oportere professionem mteam, & pietatē in parentem Ecclesiam duxi hisce, quas breuiter exponam; de causis. Primum enim scriptores veteres, vel obiter tantum instituti huius, vel certe solius eremiticæ secessionis memitterunt; vel deniq; partem aliquam minus necessariam hac nostra tempestate attigerunt; quidam encomion, ac defensionem solummodo instituisse; alij leges, & constitutiones duntaxat conscribere videntur; postremo non nulli historiā solum amplexifuerē, & professi. Verum qui de ortu primo monachicorū Sacramentorum disputaret, & seculo nostro veram proderet, persuaderetq; ex professo, clarè, & efficaciter originem; equidē inter veteres inuenire quiui hactenus neminem. Recentiores autem (quos hactenus videre, cognoscereq; licuit) tantum abfuēre;

D E D I C A T O R I A:

abfuēre; vt veram institutionem eorūdem Sacramentorū adsecuti, eamq; defendere potuisse videantur: quidam Areopagitæ testimonium produxēre quidem; sed malè confirmatum hactenus, & perparum effecturum contrā osores sacratissimæ Monastices; alij Monasticen cum solitaria, omnisq; initiamēti experite vita confuderunt; itaq; contenti videntur fuisse rem in Hieronymi, Chrysostomi, Basilij, Antonij, & ad summum Eremitæ Pauli retulisse ætatem; & non malè interim à compluribus functi adserptionis officio sunt visi. Omitto bonam partem horum auctoritatibus hinc indē cōsarcinatis, et absq; necessaria Therapeuticorū mysteriorū distinctione à prorsus laica illa in desertis locis excubatione cōgestis, et confusis, atq; adeò interdū vix historico cāmēto inter se cōagmētatis rē agere voluisse: quosdā aliter quidē paulo, sed tamen ita barbarè, & confusè; vt noſtros minimum iuuerint; hostes non niſi ad maiorem confidentiam animauerint. Plurimi nimis ieunē rem maximē arduam, primiq; momenti esse tuiti ab omnibus pijs, et verē doctis iudicātur. Nam mihi videntur non pauci etiam Catholici nimis humiliter de Monastices dignitate sentire: necq; putare anxiè pro ea depugnandum; & sat esse, si non displicuisse Deo olim

A 3 probe-

EPISTOLA

probetur. Nam hodie non infrequentes magnarum rerum molitores vitiorum, quæ videt alicubi ad modum inualuisse, odio, atq; argumento freti: cupere apparent Monasticen vel prorsus extinctam; dummodò speciosus scholiarum prætextus successum, atq; incrementum esse habiturus videretur. Atq; hæc mihi equidem ferenda ducerem homini priuato, nulloq; pondere apud Principes viros prædicto: nisi hoc affectu (vt habentur, & dicuntur) catholicorū, & historiæ, rerumq; quorundam ignorantia abuterentur inimici. Siquidem & ipsi monasteria in scholas cōmutant, & redditus, ac prouentus fingunt se in ludorum magistrorum, ac literatorum stipendia cōuertere nostro exemplo: & supina nostra oscitantia pergunt abuti ad suæ quidem perfidiæ confirmationem; nostræ autem fidei euersionem, aut certè labefactionem, atq; obscurationem. Nam ante aliquot annos (vt uno exemplo discrimin latens aperiam) Illyricus quidam, cum aduersus Ioannis Fabri opus de Missa scriberet, & quod niti plurimū animaduerteret auctoritate Dion. Areopagitæ; idcirco illam imminutam, explosamue penitus cuperet: illo potissimum ferociendum sibi putabat, & quassatum iri confidebat Apostolici viri antiquissimam fidem; quod nimis crebra,

DEDICATORIA.

4

crebra, & aperta haberetur ab eo monachorū mentio, qui 300. demum à Christo anno cœpissent auctore Paulo Anachoreta, cuius ideo nō improbable foret Dionysii extitisse discipulum, nequaquam autem Apostoli, vt imperiti antiquitatum iactarent Papistæ. Hoc autem præclarum strategema est quidem à nobis accuratè, & ex professo refutatum in extremis nostris Areopagiticis: hoc tamē tempore rursum adfirmo, ac contendō; non nisi ex nostra rerum diuinarum negligentia, & pernicioſa socordia esse depromptum; & cognita ea, quam nos demonstratos benè speramus, Monastices antiquitate; mox instar fumi sua sponte disparitum, & in nihilum iri redactum. Habes qualescunq; causas, & (nisi vehementer cæcutiam) iustas suscepisti huius laboris Pater Reuerende: nunc rationes accipe eiusdem tibi potissimum inscripti. Nam Monastices alumno cuipiam, & quidem eximio cultori fuisse dedicandū hoc quicquid est studij: nemo iuerit (vt opinor) inficias. Primum igitur præ cæterorū (absit inuidia verbis) totius Germaniæ Abbatum commendabat mihi tuum patrocinium: candor ille Præmonstratensis instituti. Nam simul atq; diuino instinctu mihi adhuc adolescētulo perplacuisset sacerdotium, ad quod me

necq;

EPISTOLA

neq; satis instruere, neq; pmouere tenuitas parentum videbatur posse; & instituti huius se-
ctatores per vniuersam propè Valachriam Se-
landiæ nobilem insulam, quæ admodum olim
curæ, & fidei eorum est à Principibus Selan-
cic commissa; probius vitâ instituere animad-
uerterem, quâm cæteros presbyteros, & sacer-
dotes (quos dicimus) seculares; certaç; spes af-
fulgeret in Abbatia Mittelburgensi diuturni-
oris, & diligentioris institutionis, & profectus
tâ in religione, quâm in literarijs studijs: prin-
cipio temporis latinæ grammatices rudimen-
tis dati cogitabam, vbi parentes forent negatu-
ri necessarios sumptus meis cœptis sic satis fœ-
licibus; Præmonstratensi, imò suauissimo Chri-
sti iugo submittere humeros (adeò vt necessa-
rij quidam religiosiores primatibus eius loci
mystis me etiam desiderabilem reddiderint suis
cōmēdationibus, nisi præuelox in lingua latina
addiscēda progressus Mecœnates opulētos, &
pios excitasset, qui à parentibus haud grauatim
permissum sibi, cū illiberes essent; primū veluti
adoptauissent, & cum omni cura, & liberalitate
excultum qualicunq; bonarum artium, lingua-
rum, & literarum sacrarum cognitione ad po-
strem sibi, suæç; priuatæ, dum viuerent, con-
solationi, informationi, & id genus Ecclesiasti-

co

DEDICATORIA.

5

co ministerio vendicauissent. Quamuis autem
horū imperio, & singulari erga me fauore factū
sit; vt puerile illud propositū impediret annis
aliquot, quibus illis vacare iā moribundis de-
serta optatissima Academia Louaniensi iure
gratitudinis compellebar: attamen inopinata
morte illis erexit mihi intra plus minus bien-
nij spatiū; etiā tunc animus mihi (vt ita loquar)
repuerascebatur; & nisi cōsulti præceptores Lo-
uanienses Theologi ad se reuocassent, maluī-
sentq; sacrarū literarū persequi professionem,
& scholasticam hanc vitâ, q; uel umbraticam,
vel politicā illam, q; Christi pascit oues in qua-
piam cōmissa Ecclesia singulari cōplecti; labo-
rās patria ab admissis iā ex parte aliqua tritico
orthodoxo zizaniis hæreticis, quæ fidei, & tu-
telæ Abbatiae Mittelburgensi cū penè vniuersa
Insula est olim credita, monachum creauisset.
Verū prouidētia Numinis aliud de me statue-
rat: & sacra studia erant mihi in Suevia pro vi-
rili adiutanda. Licet ergò istis rationibus sit fa-
ctū; vt cupitis Monastices cōplexibus non sim
potitus: quantopere tamen studiosos literarū
ciues, & conterraneos meos ad eundem hunc
animum studuerim excitare; epistola ad duos,
quos Louanij tū erudiebam data, & cōmenta-
rij calci subiuncta non importunè testatum fa-
ciet. Atq; hāc etiam ob rem cum plurimis qui-

B dem

EPISTOLA

dem aliis Præmonstratensibus summa usq; mihi intercessit necessitudo, ac familiaritas; sed et cū religiosis quorumlibet aliorū ordinū: at cū Matthæo Schyvaigers tuo discipulo, ac filio (vt maiores nostri loquebantur) omniū arctissima, ex quo in Hieronymiano hoc collegio cœpimus vñā viuere. Nam quicquid à me fieri potuit, quod vel ad suæ salutis facturum sperarem procreationem; vel ad tuendam sui vitæ generis, atq; Abbatiae Staingadensis antiquam opinionē, & gloriā: nunq; piguit ei præstare; neq; destiti vñquam libentissimè in ipsum conferre. Qui licet à nobis pridem tua voluntate hinc discesserit: attamen (sicuti ne ipse quidem ignoras) crescit potius in horas sanctis radicibus nixa charitas nostra; q; corporū disiunctione vñlam sentiat decessionē, aut diminutionē. Est porrò hac quoq; ratione factū; vt nominis tui fama familiaribus illis cōgressibus nostris, & aliorum quoq; relatu proprius nota, mihi de Præmōstratensi instituto venerabilem, amplius effecerit reuerendū: & cupiditate me cōpleteuerit theologico pacto aliquo tibi innotescēdi, ac placēdi. Siquidē & Bauaricū Principē, Ducem non minus orthodoxia sua, q; maiorum imaginibus illustrem audiuī merito tam eruditionis, quām religionis præcipuæ gratia te, q; cæteros abbates, quos permultos in ducatu suo

DEDICATORIA:

6

suo habet; plus venerari. Mitto sollicitudinem istā, qua alumnos tuos hic iubes excoli necessariis cuilibet animarū curioni (quales ij fieri debent pro instituti sui lege) disciplinis. Quid referā varia testimonia, & facta, quibus fauorem erga literatos, & literarum candidatos, & raram in principibus viris etiam Ecclesiasticis humanitatem; non ita pridem mihi, & collegis nostris declarasti? Quid dicam non candida duntaxat ornamenta Præmonstratensiū propria; verum multa quoq; alia eorū insignia, ritus, & obseruationes summam habere cū prima illa monastices generositate, quā ex Philone, atq; aliis mox depingemus; similitudinē, & (quid ni dixerim) generis propinquitatem? Illud vñū cōmemorabo, quod haud minimum huc facere videtur, & me nō parū mouit: quod cū cognominis ille amicus meus, & tuus dilectus symmystes, quem dudū nominaui; per literas, quæ amicitiæ est libertas, voluisset me ad te epistolam scribere, & remissionis suæ huc ad theologicū studium causam agere; pollicereturq; non defore pondus meæ petitioni; adeò me non fefellerit; vt no solū, cui me penè ignotum putabam, rescuerim mox me cordi, & desiderio esse, & commendatissimū; verū etiam inexpectato fuerim, singulariç; donatus munere; & cū ductus benignitate, vietusç; animi

B 2 gra-

EPIST. DEDICATORIA:

gratitudine timide huius lucubrationis vici-
sim (si liceret) dedicandæ habuissem verecundā
mentionem; & gratā fore inscriptionem rescri-
bere, & adhortari ad editionē huius argumēti,
& impensas operarum typographicarū polli-
ceri, & ad sibi descriptū opusculum coram offe-
rendum euocare non sit deditnatus. Quocircā
his, aliisq; nominibus, quæ pudor meus, & mo-
destia tua non sinunt commemorari debitū tibi
chartaceū hoc munusculū læta fronte (quæfo)
digneris excipere: & siquidem P. T. arrideat, &
Ecclesiæ non inutile futurum iudicetur, cui eo
consultū in primis voluimus, et fore speramus;
ius esto patrono appellato, ac delecto tibi
emittere, atq; impressorio prelo descriptū pro-
ferre in lucē, & lectionē orthodoxorū omniū;
quod si vero satellitio, & protectione aliqua
videbitur indigere hac nostræ ætatis virulen-
tia, quæ eo etiam non minimum notatur, & ex
parte conuelliuit; non es (vt spero) clypeum, &
τιτανεπισπού gratosi, & laudabilis nominis tui
clienti negaturus. Opto R. P. T. in multos
annos valere in Christo Iesu; & in istis animi
ornamentis, pulcherrimisq; virtutibus vscq;, &
vscq; proficere. Dilinge Sueorū ex Hieronym.
Collegio 1563. ad 5. cal. Martias.

INDEX TOTIVS HVIVS COMMENTARII DE MONA- STICES ORIGINE.

Proæmium, quo candido, & orthodoxo lectori ratio
huius dispositionis, & quam tenebimus, methodi
redditur.

- 1 De vi dictionis Monastices, monachi, therapeu-
tæ, philosophi, & quibusdam alijs elogijis, quibus
maiores nostri, ipsiq; adeò Apostoli hoc institu-
tum, & id professos cohonestauerunt. Cap. 1;
- 2 Ex Philonis Alexandrini Hebreorum cùm disser-
tissimi, tum eruditissimi, & Apostolici scriptoris
libro de vita contemplativa, seu de Therapeutis
vera Monastices Catholicæ origo demonstra-
tur.
- 3 Confirmatur hæc demonstratio ex Eusebij Pam- Lib. 2. E.H.
phili lib. Eccl. Hist. 2. ca. 17. & eius imitatoris c. 17. & lib.
Niceph. Callisti similis Philonis intelligentia. 8. ca. 39. &
4 Amplius adhuc adsertio eadem ex Epiphanij Pa- Herm. Soz.
nario, & Ecclesiasticis scriptoribus D Hierony- E.H. lib. 1.
mi probatur, vbi etiam exordium Encomij Ere- ca. 12.
mitæ Pauli ab eodem Hieronymo conscripti sa-
no adseritur sensu.
- 5 Post hæc ex Fl. Iosephi lib. Antiquit. Iud. 18. ca. 2.
& lib. 2. de bell. Iud. ca. 12, eadem sententia hæc
de Apostolico, & vero Monastices ortu corro-
boratur.
- 6 Tum demum omnibus his consentanea, nec alio
torquenda Dion. Areopagitæ doctrina, & Apo-
stolica traditio proponitur, atq; explicatur.
- 7 Descriptio atq; elogium nonnullum sacrosanctæ
Monastices.
- 8 De institutorum varietate non nihil; & regulis,
quæ dicuntur.

INDEX.

- 9 De tribus præcipuis vitiæ monasticæ partibus, seu votis cùm ex scripturis; tū auctoribus illis Apostolicis, & fide dignissimis.
- 10 De idoneis Monastices candidatis, & forma eius diuina, seu benedictione, qua monachi initieruntur.
- 11 De monachorum officijs, & Apostolicis finibus.
- 12 De antiquis cæremonijs cùm alijs, tum mutatione habitus, & tonsura. Vbi non nihil de Premonstratensis ordinis dignitate.
- 13 De monastices fructibus, et meritis in catholicam Ecclesiam collatis aduersus eius calumniatores.
- 14 De illo Hieronymi dicto, quod indectum vulgus, & male sanum iactat contra monachorum in civitatis, aut multitudine conuictum: quid agis in turba monachus?
- 15 De ætate monachorum, & reliquis temporis questionibus.
- 16 De monachorum peculio, & hereditate.
- 17 Appendix vice cùm vniuersæ monastices, tum Præmonstratensis instituti epistolicum præconium supremo capite attexitur.
- 18 Epilogus cum transitione ad confutationem non nullarum calumniarum, & cauillationum aduersariorum Monastices.
- 19 Confutatio ipsa, bene longa, & obiectationum præcipuarum complectens solutiones.
- 20 Peroratio hendecasyllaba totius commentarij, ad veros monachos vniuersos per totam Ecclesiam catholicam; qua auctor preces eorum, & satisfactionis aliquam communicationem sibi petit.

PROÆMIVM, QVO CAN-

DIDO, ET ORTHODOXO LE-

CTORI RATIO HUIUS DISPOSITIONIS, & QUAM TE-

NEBIMUS, METHODI REDDITUR.



Vanis non ignorem candide lector graue iri visum morosis iudiciis, me in id peccare, quod dudum, atq; alias non raro reprehenderim in aliis; neq; tenere religiosè semitas illas methodi alioquin tutissimas cōmētationis huius non longè à principio: attamen æquos omnes placatum iri confido; simul atq; consilij, quod secuti sumus, pependent rationem. Nā licet quæstiones extremis proximas proximis oīm primis non paucas anteposuerimus, ac discusserimus pro virili; deq; origine, atque auctore monastices prolixè disputeremus, antequam quid ea sit constituerimus; neq; inficias eam hæc illis debere esse priora tractatione, vbi à tritis callibus

ORIG. MONAST.

bus cursus dicendus non sit exorbitauisse: neminem tamen harum rerum granum existimo negaturum; consilio, prudetiae, casui, & occasioni certae licere non nunquam à consuetis deflectere; & potius temporis praesenti inferuiendum aliquibi, quam praescriptis seper absq; omni iudicio esse vbiq; adhærescendū. Quapropter licet admodū probem, & quasi adamem cōmunem illum artis dicendi ductum; quemadmodum disputationes nostræ cùm viua voce habitæ, tum scripto editæ testabūtur abundè: nihilominus cum hoc tempore de auctore, & ortus momēto simus præcipue solliciti; vti vel inscriptio arguat; idcirkò mox à vocabulis antiquis, et elogiis rei, de qua differendum est, propositis, & explanatis; de origine, & auctoribus putauimus nobis esse quærendum. Etenim reliqua capita adeò nostri non ducimus propria instituti

MATTH. GALEN.

stituti praesentis: vt non semel dubitauerim; effetne mihi commentatio terminanda, ac finienda momento ortus reperto, & mediocriter adserto. Enim verò & illud admonitum velim lectorem: me quidē græcè maluisse auctoriū græcorum testimonia producere, vti in cōmentario de Missæ sacrificio, & alibi diligenter fecimus; vt astus mendacium hæreticorū refelleretur penitus, quo solent latinos scriptores ferè corruptos à Papistis, aut Papistas & ipsos fuisse clamare: verum quia hac opera cōsulimus potissimum græcarum literarum rūbus, quibus græcanica barbara, & molesta ferè solēt esse; ideo trāslatis dūtaxat vtendū nobis duximus, vbi vocum proprietas non videretur aliud exigere. Sed nec illud hac eadem in re fallat quenquā velim: nos in testium productione non esse lacunas vulgarium translationū se-

C cutos;

O R I G . M O N A S T .

cutos; idq; dupli de causa; vna, quod ad manum non essent; altera, quod Græci theologi potissimū non redditū; sed peruersi, ac depravati mihi videātur; quandoquidem pleriq; oēs tantū modō à litteratoribus appareant trāslati, iisq; partim sanis fide; sed rerum sacrarum, quas auctores tractant, ignaris; partim fidei etiā exortibus, & cōpletis hēresibus; paucissimi à theologis sint attacti orthodoxis. Nā hæresiarchas vix nomine theologi dignor: imò nefophilas quidē istos catholicos, aut semicatholicos, qui dogmatica salubri, & necessaria vix tincti leuissimè, ex Homeri fabulis ad Psalterium; à Demosthene ad Paulū enarrandū veluti prophetæ quidam entusiasmo subito correpti profilire non verentur. Quia ergo isti partim infatia, partim vitio penē necessario cunctarum translationum, vocabula theologica nimium obscu-

M A T T H . G A L E N :

10

obscurant in suis cōuerisionibus, & vim, proprietatemq; cunctam iis ademisse deprehenduntur: idcircò passim ipse, quæ cito conuerti; securus de fide, & veritate; & cuilibet horum paratissimus satisfacere de singularum vocum usurpatione. Nemo igitur de nostra diligentia ideò incipiat ambigere, aut finistrè suspicari; aut de veritate diffidere; si ad translationes suas recurrenti nihil eiusmodi, quale nos tradimus, fortè apparuerit: sed tum demum erit accusatiōni locus; quandò fonte græco non indiligenter expenso; nihil tale inueniatur, quale nos videamur reddidisse. Crimini autem huic quia nihil obnoxium hic agnosco: ista præfatus, ac stipulatus quodam modo à candido lectore; continuò rem ipsam missis hisce, aggrediar.

C ij DE

ORIG. MONAST.

DE VI DICTIONIS MONASTICES, MONACHI, THERAPEV-
tē, Philosophi, & quibusdam alijs elogijs, quibus
maiores nostri, ipsiç adeò Apostoli hoc in-
stitutum, & id professos co-
honestauerunt.

Cap. I.



Tsi via, ac ratio de natura rerū differendi, quam Græci methodum appellant, nō requireret; vt antè de vocibus agatur, quibus ipsæ res veluti insigniantur; quām essentia inuestigetur, aut consyderetur: attamen vtilitas maxima, quæ ex nominū vi, & proprietate cognita valet capi, et lux, quę rebus ipsis adfertur; ad hoc sequendum consilium, & initii huiusmodi disputationum faciendū nos adducere debuisset. Si nanq;, haud scio quis Poëta, cum de suis, & nihil rebus nugaretur rectè dixisse videatur: nomine sæpè rebus suis conuenire;

si

M A T T H. G A L E N.

si doctissimus Romanorum M. Varro, si sanctissimus pontifex Hispalensis Isidorus, si alij operæ se facturos pretiū nō mediocre sunt rati diligenter inquirendis etymologiis, & literis consignandis; si deniq; in illa græcanici etymologici, et à plurimis congesti, & in molem penè quandam perducti operositate videamus frequenter naturam latere abditam sub integumentis syllabarum vocabulorum; sæpè præcipuas proprietates; alias insignia accidentia, deniq; quippiam, quod iuuet de re, cuius sit vox, habere perspectum, ac notatū: quis dubitet affirmare multo vberiorem fructū referri posse ex sacri idiomatis ab Adamo instinctu diuino moto nomenclationibus animantibus; & fortasse aliis quoq; rebus inditis, aut à Deo ipso dictatis; ex dictionibus à Spiritu sancto noui testamēti nouis rebus partim in scriptura sa-

C iij cra;

ORIG. MONAST.

era; partim viua traditionis voce impos-
 sitis; ex appellationibus deniq; , sacris,
 ritibus, c̄eremoniis, virtutibus, negotiis,
 & (vt semel finiam) rebus quibusuis sum-
 mo consilio, pro naturarum dignitate
 cùm à primis theologis, tum Apostolis
 ipsis tributis. Etenim non temerè, incō-
 syderatēue Christi discipulos, & sanctif-
 simos, & religiosissimos Patres nostros,
 primosq; illos theologos epitheta, ac no-
 mina rebus fidei, ac religionis nostrę ad-
 signauisse: sapientia eorū satis, superq;
 piis oībus persuadet; & maximus Are-
 opagita passim adseuerat, ac tradit. Qua-
 propter Apostolica nomina, aut saltem
 antiquissima rerū theologicarum, ac sa-
 crarum quarumlibet: nō oportet inanes
 sonos, aut fictiones esse, quas onomato-
 pæias dictitant Græci, opinari; sed vera
 elogia, & præcipuarum laudum suarum
 rerum compendia. Et quidem de rebus
 aliis

E.H. cap.2.3
4.6.

M A T T H. G A L E N.

12

aliis hoc ità se habere ostēdimus aliās,
 & ostensuri olim alibi: nunc de propo-
 sitis dispiciamus. Areopagita igitur Di-
 onysius quodam loco non pauca in lau-
 dem monastices prælocutus tanquā or-
 dinis infra clerum longè præstantissimi,
 & singularibus à Deo ornati prærogati-
 uis: tandem vnde(ait) factum est; vt diuini „
 nostri cathegēmones seu duces (Apo- „
 stolos hos esse accipiendos singulari
 apologia quondam etiam nos post alios
 plurimos tam veteres, quam recentes
 scriptores ostendimus; & progressus no-
 stræ disputationis etiam nunc satis decla-
 rabit) sacris eos, qui monasticen sūt am- „
 plexi, dignati sint cognominibus: dum „
 partim Therapeutas, partim Monachos „
 nominandos censuerunt; eo quod Deo „
 purè ministrarent, ac seruirent; & in- „
 diuisi, vnitiq; cum eo viuerent; quo fi- „
 eret, vt sacris complicationibus diuisi- „
 bilium

Lib. de E.H.
c.6.med.

O R I G . M O N A S T .

„ bilium quid vnum facti ; in deiformem
„ monadem, atq; vunionem, & amantem
„ Dei consumationem transformarētur.

Habemus igitur honorificentissimum Monastices, seu Monachi, & Therapeutæ quoq; veriloquiū; quæ duo licet vni attributa sint, & eandem designent ex institutione, vt epistolæ eiusdē auctoris clarissimè demonstrant, in quibus eos, ad quos scribit, nunc Therapeutas, nunc Monachos appellat : nihilominus quod vnum nō videretur sufficere, duo vocabula Monastices cultoribus indiderunt; vt illius excellentia melius ab omnibus peruidetur. Testantur igitur Apostolica hæc elogia ; prius quidem (Therapeutes, & therapia, quæ cū monastica est eadem) Monasticen hanc nō esse superstitionem, non genus insaniæ, nō vesanum, & abominabilem Dei cultū; sed purā seruitutem, & acceptissimū famu-

*Specula mibi
hic dignitatem
tuam & pie mo-
nache ; & tu
præsertim mi-
Præmonstratens.*

M A T T H . G A L E N :

13

famulatum; posterius (Monachus, puta, & monastice) eandem non modò à Deo alumnum suum non abducere, atq; alienare putandum; sed reuera à vitiis, et omnibus iis, quæ à Dei complexu nos distrahunt, adsertos arctissimæ cū sūmo Numine coniunctioni, vnitatiq; consecrare. Quæ cum ita sint: quis istorū abutatur ore, qui sacratissimum hoc institutum nullum faciunt calumniandi finem, aut modum; & cuperent haberi à cunctis pro inuento diabolico; non est difficile pronuntiatu. Interim velim & desertores, atq; apostaticos, et à Satana occècatos perfugas hic mihi aures accommodare: & religiosos, sanctosq; monachos quoq; vniuersos hinc discere (quod ille ait) interpretari, quid insignia hæc cognomina ab ipsis postulent; & tantū abesse; vt appellationibus his ab hæreticis opprobratis deceat eos offendī, aut

D per-

ORIG. MONAST.

perturbari; maiore honorē deferri, laudemq; attribui nullā omnino posse. Cæterū hisce inopinatis præconiis stimulatus fortè quispiā negabit ideo Apostolos videri debere tam magnificè sensisse de monastices eminētia; etiam si nomina id sonent, quod dicitur: sed tantū esse modò ei cōcedendū ex eo, quod elogis istis cōtinetur, quantū auctor hic, suiūe præceptores fidei mereantur, & pōderis apud posteros oēs obtineant. Verū quid phanatici istiusmodi (quæso) dicent ad Philonis idem adserētis testimoniū? Nū nā quisquā tā perfictē inuenietur frōtis, vel rudis antiquitatum inter monastices osores hæreticos; vt vel nesciat Philonē de therapeutis Alexādrinis Euangeliſtē Marci nepotibus monachis edidisse, quod etiā nūc vtraq; lingua paſſim extet, volumē; vel apostolicæ memoriar̄, atq; ætatis virū, & quidē principē; nō diſertum

MATTH. GALEN.

14

fertū minus, q̄ omni philosophia, ac theologia imbutū fuisse eundē dubitet. Atq statim in frōte libri therapeutas, & therapeutidas (erāt enim vtriusq; sexus nō secus, q̄ nunc, & tūc monachi, seu therapeutæ) appellat, & appellationē hāc eo-
rū adserit declarare laudabile propositū,
Philonis es
Euseb. Pamph.
Gr. exem-
plaria hodiē
de ḡētēv̄ t̄pī
d̄as legunt.
Niceph. p.
omittit.
& nominis elogio prædicat eos satisfa-
cere. Dubitat interim, & duplicem adsi-
gnat etymologiam siue encoimij studio,
cuius gratia tñ negat se adscribendū ve-
nisse; siue quod vel nullo tū adhuc mo-
do; vel tenuiter admodū in religione no-
stra foret institutus; itaq; nequiret tā ex-
plorata habere cūcta, q̄ Areopagita no-
ster, q̄ rationē alterā tanquā propriā (nā
& prior vera est, & ab ipsomet in mona-
chi etymologia insinuata) adsignauerit
epitheti therapeutæ. Nam ita dictos
vult monachos, vel quod medelam, ac
curationem salubriorem profiterentur,

D ij. quam

O R I G . M O N A S T .

quam in ciuitatibus passim soleant promittere medici, quippe quæ omnis generis vitia, ac perturbationes ex hominum

Inquit Therapeutas etiā corpora curasse, fortè dono dñino. Vide infra Ioseph.

z̄ ep.

Nota hic obiter Philonem immure Therapeutas etiam corpora curariisse; vt tunc domon sa- nationis in Ecclesia vigebat:

quod tamen Iosephus post radibus, & genmis deferet nō satis verè, qui etiam tantum corporalē medicinam videtur in iis adiutuisse.

illis (quæso) hæc cognomina ducemus addidisse ea ætate, qua Apostoli adhuc florebant: præterq; Apostolos ipsos: Nā ne quis de Alexandrinis nō nullis loqui Philonem opinetur: eodem libro adfirmsat per vniuersum habitabilem orbem Therapeutarum genus esse diffusum; & altero capite de solis agi christianis monachis toto volumine, demōstrabit Eu-

sebius.

M A T T H . G A L E N .

15

sebius. Certè obseruandū est diligenter, scriptorē disertissimū testari: solenne fuisse hoc cognomen, & eos nominis sui gloriæ respondisse sua virtute; deniq; nō grauatū esse illud accuratè discutere. Iā si hos à monachis suspiceris alios, contra q̄ noster docuerit modò Areopagita: non est primum negligendum, quod in extrema posteriore etymologia μονάδας fecerit mentionem; & in μοναχίοις seu solis agris, & hortis suburbanis versari sit te-status. Deinde cum Therapeutarū cellulas, in quibus per hebdomadem latabant, id est, χωρὶς μονάδυνοι πάσῃ ἐκπλοσόφρεψι: dicat μοναχία, & σεμνᾶ nuncupata: quis adhuc tergiuersetur, nolitq; (obsecro) cōfiteri non esse therapeutas Philoni à monachis diuersos: Omitto nūc Mm. Nn. securitas ad stipulationes; prætereo rerum, atq; historiæ in Areopagita, & Philone similitudinem conuincere; deniq;

D iiij Ec-

*σεμνᾶς εἰς
veneratione,
et sanctitate
habent nomen.*

O R I G . M O N A S T .

Ecclesiasticam traditionem, antiquitatis monumenta, & rationem ipsam suo loco perspicuum reddituram. Quam igitur vetus, quorum sit auctorū, & quid sibi velit monachorum, therapeutarūq; cognomen cōfido esse apertum, & planum. Verum enim uero hic & illud admonuero Philonē in huius seculi inscriptionibus etiam græcis eosdem hos monachos appellare, hicetas, seu supplices. Siquidem de hicetarū seu supplicū virtutibus liber inscribitur; & cōtinenter adiūgitur, seu de vita cōtemplatiua. Licet Hieronymus in vita Philonis sua memoria titulū habuisse innuat (nisi barbaries primæuam scripturam mutauerit) de vita contemplatiua hicetarum. Vt cunq; hoc sit huius appellationis ratio est eadem, quæ therapiæ. Nam Hieronymus ibidem interpretatur hoc pacto eam inscriptionem : quod semper contemplarentur

M A T T H . G A L E N .

16

rentur cœlestia, & Deum orarent. Oratio autem proculdubio diuinus est cultus. Adde huic Epiphanium Nazoræis Hæres. 29. tradere idem hoc scriptū Philonis, quod Philologis (vt loquitur) vehementer cōmendat in suæ ætatis exemplaribus circumtulisse epigraphen de Iessæis, id est (ait) therapeutis. Siquidem Iascha He-^{γενής} bræis curare, ac seruare valeat. Atque hoc nomine insigniuisse eosdem Iosephū nō vno loco, vbi tamen hodiè partim Eſenos, partim Eſeos legimus: capite 5. apertius adstruetur, ac firmius. Ad postremum græcus ille titulus πατέρων θεοφόρων, hoc est, de vita contemplatiua, me in suspicionem adducit: eosdem therapeutas glorioſissimo encomio nominis theoretarum, seu contemplatorum fuisse principio cohonestatos. Verum præstat missis hisce coniecturis: nō nihil insuper de monastices, philosophiæ, ac phi-

ORIG. MONAST.

philosophi titulis de antiqua obseruatione, & sanctorum patrū, & maximè græcorum theologorū vsu creberrimo subtexere dictis; atque ità hinc discedere. Quamuis igitur iam confessum opiner Apostolos in monachi, & monastices vocabulo solitudinem, & turbæ fugam nullam spectauisse; & multo minus dicendum putem eos antiquorum philosophorum usum eiusdem vocis posterioris imitatos esse: attamen quod posteri, ac successores eorum græci theologi ad tale aliquid alludere subinde videantur in suis monumentis; non abs re fuerit rei eius quoq; gustū studio lectori obiter præbere. Ergò philosophiam latini, q; græci, qui de moribus præceperunt; monastiken sic voluēre subiectam ethicæ: ut œconomicen politicę. Siquidem ethice generatim fert præcepta, atq; informat suos candidatos, hoc est, quoslibet mortales

M A T T H. G A L E N.

tales de virtutibus: Monastice est priuati cuiusq; hominis, & eum seorsum, ac priuatim instituit, ornat virtutū cognitione, et amore; et absterret à vitijs prius deformatis, & malè ei commendatis. Hic autem ad subiecti, ac materię solitudinem, hoc est, unitatem potius; quam ad unionem cum obiecta re haberi respectum; nemo nō videt: cum in Apostolica illa etymologia hoc verius, quam illud spectetur. Nam nihil tale significavit indicato dudum loco Dionysius metem Apostolicam referens: qui licet postea initio theoriæ stationis initiandi figurā aiat adumbrare eum in se cum Deo coniungendo acquiescere posse; neque oportere instar clericū alios ad Deum adducere; itaq; non obscurè ad monastices Ethicæ, respicere putetur significationē: attamen si hoc quoq; Apostolicę fuisse cōtendamus intentionis, quod E symbo-

ORIG. MONAST.

symbolum innuit; ac non tantum cōmentationis Areopagiticæ; certè illud prius fuerit ijs necesse erit, & saltem vitationis confortij, & ab hominum consuetudine secessionis nulla est habita ratio. Quapropter in Apostolica illa nomenclatione existimo catachresin interuenisse, & flexum nō mediocrem: dum morale hoc monastices vocabulū ob similitudinem aliquam studij plebem reliquam superandi, & enitendi ad summum bonum in monachis, ac philoſophis ad therapiam hanc, & sacro sanctū institutū significandū transfertur. Porro cum monastice (vt modò declaratum est) sit pars ethices, atq; ita etiam philoſophiæ: videri possit, & philoſophiæ epithetū Christianæ monasticæ accommodatum per synecdochen, qua partes pro toto, & formæ pro generibus nulquam non ponuntur. Verum cum nostra

MATTH. GALEN.

18

nostra monastice negata sit iā esse pars, ac species philosophiæ: malo & hic metaphorā, vel certè metaphoricam agnoscere synecdochē. Vt enim hæc nostra exercitatio, seu ascesis (vt etiā nonnunq; vocatur à veteribus vndē ascetæ, id est, exercitati seu exercitatores etiam monachi vocantur) per tropū istum nomen monastices partis alioquin ethices, quæ (ethice) philosophiæ pars est, sortitur: ita non grauatim concessero eodem rhetorico modo, hocest, metaphorica synecdoche philosophiæ epithetum quasi totius, attribui veluti parti suæ (que tamē minimè est) monasticæ. Philosophia namq; vix vnq; simpliciter dicitur monasticum institutum: sed additur vera, aut simile ex insignioribus attributis. Exemplum est apud Chrysostomū j. lib. de arduitate fūctionis Episcopalis initio: vbi cum paulo antè beatorū monachorum

E ij vitam

ORIG. MONAST.

vitam fuisse amplectendā dixisset; mox idem referens verā philosophiam nuncupat. Vndē facile apparet flexus metaphoricus, qui sacris monasticis philosophiæ communicet nomen. Nam philosophia totū monachi denotat munus, & officium: & φιλοσοφεῖν, seu philosophari facere hoc omne officium non semel in ipso, quo de locutis sumus dudum, Philonis de therapeutis libro significat. Sed de epithetis, atq; elogijs sacratissimè monastices hactenus: & tempestium est; vt ad originem demonstrandam ex ipsomet vetustissimo, et certissimè apostolico scriptore transeamus.

EX PHILONIS ALEXANDRINI HEBRAEORVM CVM DIL
fertissimí, tum eruditissimi, & Apostolici scripto-
ris libro de vita contemplativa, seu de The-
rapeutis vera Monastices catholicae
origo demonstratur.
Cap. II.

Itaq;

MATTH. GALEN.

,9



Taq; videatur quidem fortassis alicui h̄ic pars bona Philonis voluminis ad uerbū à nobis proponenda; ac tum ex ea, quod adsertum volumus, deducendum: verum quia id longū foret; Eusebius, ac Nicephorus mox producendi, quod satis est, fecerint; & quia oporteret nos singula replicare, quæ suo quæq; loco erunt adferenda; nobis satis fuerit non nulla ab illis præterita decerpisse, quæ mox nobis feruiant in monastice suæ antiquitati adserenda. Ac pri-
mum quidem in confessio nobis esse vi-
detur, eū de fidelibus, & vnius Dei syn-
ceris loqui cultoribus, sicuti paulo ante
etymologia ab eo tradita vel sola conte-
stetur: ac deinde (vt ex insecuris ca-
pitibus liquebit) oīa ea, aut certè præci-
pua, de quibus cum aduersarijs nobis est
disceptatio prædicat ab illis obseruata, ac

E iij peracta,

ORIG. MONAST.

peracta, quæ Areopagita tradit Deum,
& Apostolos instituisse; & etiam nunc
Ecclesiam retinere, & exequi in mona-
sticis mysterijs cernimus. Quapropter
illa modò restat, & necessariò discutien-
da est quæstio: de Iudæis ne quibusdā illa
ab eo dicantur; an de Christianis Mona-
chis, quod nossecuti Mm. Nn. placita
adseueramus. Primū enim præter mona-
steria, & priuata vnicuiq; femnia, hoc
est, cellas quoddam aliud cōmune, & sa-
cratius agnoscit historia siue *σεμεῖον* (vt
græca hodiè typis excusa habent exem-
plaria) siue *τεμῆνη*, cuius partem anterio-
rem *τὴν ἄγιον πρόσωπον* (vt illud etiam *ναὸν* fuisse
intelligas) appellat, in qua *ἱερὰ μετέπειτα*, sa-
crā mensam, seu altare fuisse refert, quæ
panes, & salem cōtinuerit, quorū parti-
cipes nō fuerint omnes; sed quibus opti-
λευτραῖς. mi quiq; duntaxat tanq; quibusdā mini-
sterij, obsequijq; sui præmijs sintfructi,
quos

MATTH. GALEN.

20

quos etiam præstantissimam sacrorum
nuncupat partem, non obscurè sacerdo-
tes, & sacra nostra (nam *λευτρά* nomi-
nat, quod est nomen missæ nostræ apud
græcos, et Lucam Euangelistā propriū,
Acto. 13. 4.
sicuti alibi accuratius demonstrauimus)
circumloquens. Nam panes luius men-
sæ azymos fuisse adfirmat: mentio salis
videtur ad cōsecratum illum referenda,
quem traditio Apostolis fert acceptum.
Tertull. de
cor. milit.
Ang. lib. 1.
confess. c. 11.
Quanq; infecitura testimonia arguant
eum non exactè omnia arcana nostra
habuisse explorata, quod nec dum satis
initiatus admitti nō potuerit ad proprius
contemplandum, quæ vetus erat seue-
ritas disciplinæ in arcendis prophanis;
itaque eminus illa conspicatus, velsolo
relatu edocitus nequierit cuncta præser-
tim interiorum sacramentorum certò
addiscere, literisq; mandare. Non autem
femonem esse Philoni hoc loco de parte
Ierosolymitan templi: primum probat,
quod

ORIG. MONAST.

Paul. ad Heb. 9. 4. quod mensa propositionis non in prima parte seu sancto seculari fuerit; sed parte media, proxima ante sancta sanctorum; deinde quod in illa sales nulli fuerint; postremò quod à solis panibus illis dicat abstinere cæteros, sale præterito, quasi is communis fuerit omnibus; ut sanctè extit ille priscus; & superuacaneè videretur Philo istis panibus, ac sali nullum præterea opsonium, delectamentumq; accedere seriò, ac sedulò monuisse. At verò ista esse secus intelligenda, quā de synagogā aliqua, aut Iudaico quopiam alio templo, quām Ierosolymitanō, Alexan
*Joseph. anti-
qui. lib. 11.
cap. 8. ex-
tr. c. lib. 13.
ca. 17. gr. lat.
16. Antiqui. lib.
13. ca. 4. et
lib. 7. de B.I.
ca. 30. ac pe-
nit. Antiqui. lib.
13. cap. 4.
lat. gr. 6.* drie forte extructo, quale apud Siciminas extruxit Sanaballetes tēpore Ale- xandri Macedonis, & Onias nō procul ab Alexādria Aegyptiaca, & nō paucis locis alijs superstitioni Iudei alij: Philonis eruditio, & zelus legis patriæ, cum cuius syncera obseruatione hi pluriū templorum

MATTH. GALEN.

21

rum stolones aperte pugnant (quod Iosephus etiam Ægyptum vidisse narrat) non sinunt, vt quis inducat in animum credere, qui ijs, quibus audiuimus; struturas illas cohonestat nominibus. Nā meram ambitionem tam Oniam, quām Manassem prophano contaminatū cōiugio contrā apertissimas leges impulisse; & priorem Esaiæ vaticinium pueriliter detorsisse ad suam machinā: sanus (vt arbitror) nemo iuerit inficias. Nam quis nescit disertissimè non vno loco à Mose esse cautum lege: ne vsq; sacra ab ipso præscripta fierent, quām in loco, quem Dominus elegisset; et eò ter per annos singulos fuisse cunctis cōuenientium: Quapropter rudes, & idiotas fallere fortassis potuisset hæc pietatis umbra; cōtemnere impij legis diuinæ sanctiones, & probare transgressores sui nō dissimiles quibāt: at in Philonis singu-

*Ezai. ca. 19.
c. d.*

*Deuteron. 12
A.B.C.*

F larem

O R I G . M O N A S T .

larem doctrinam , eximiam pietatem, generosissimā libertatem vitiositas hęc, & crassissima ignorantia cadere profecto non valuit. Necesse est igitur ; vt de Apostolicis alumnis, quos monachorū diximus eos ornauisse titulo: Philonem historiam hanc literis mandauisse nobis persuadeamus. Ad hęc cum satis cōstet Hebræos in bona beatitudinis à Deo legis obseruatoribus promissæ habuisse parte opes , & rerum , quas fortunæ bona dictitant rhetores , abundantiam ; sicuti Mosis verba sonare videntur : quomodo persuasioni isti cēsebimus cōsentaneam (obsecro) voluntariā illam paupertatem, quam therapeutas enthusiasmo quadam afflatos prius facultatibus omnibus , vel amicis , vel quibusvis indigentibus erogatis ait amplexatos Philo: Præterea virginitatem perpetuam , & maximè votam nemo nescit genti illi auaræ

M A T T H . G A L E N .

22

auaræ posteritatis fuisse inusitatam , atq; inuisam. Deiparæ virginis cōfessa sponsalia, & mandata à sacerdotibus nō con- filio tantum, sed & oraculo monitis sunt nō leues testes: Elizabethæ tametsi præstantissimæ matronæ pudor , & cognominis infamia (iam enim inquit hic sex- tus est mensis ei, quæ vocatur sterilis) est quoq; testis: testis est deniq; pudor similis, & grauior nota, quæ seruatoris auum, atq; auiam B.B.Ioachimum, & Annam exercuerant : nationi Iudaicæ persuasif- simum fuisse illud, nulli q; de vulgo fuisse ignotum; maledictū esse, qui semen non procrearet in Israël. Nam de necessitate suscitandi semen illiberibus fratribus, aliisq; propinquis vita functis ex derelicta vidua , & crimine , & opprobrio , quòd detrectantes excipiebat vloribus iudicibus : nihil dicā. Atqui Philo suos istos therapeutas , ac therapeutidas omnis

F ij ætatis:

Epiph. Collyrid.Hæref.79

Damasc.lib.4

O. F. c. 15.

Niceph.lib.1.

E. H. cap. 7.

Epiph. Dæsc.

Niceph. vbi

f. apri.

Deuter. 25.6.

ORIG. MONAST.

ætatis: virginitatis, castimoniæq; expe-
tiuisse antè omnia lauream, & (quod no-
strum est, ac semper fuit) aureolam con-
tendit. Nam continentiam pro funda-
mento suæ therapiæ seu monastices ve-
luti iactâ, ac præstructâ ab ipsis esse nar-
rat: liberorum nullam fuisse curam, aut
desyderium, imò contempfisse amore
virtutum, & veræ, intimæq; notionis
Dei post ex ipso Philone, Eusebio, et Fl.
Iosepho suo loco probabitur. Huc acce-
dit Philonem eundē ad seuerare, & mul-
titudine quidē, & mentis, pietatisq; vi-
gore therapeutas Alexandrinos vehe-
mēter excelluisse: nihilo minus per vni-
uersum orbem bonum hoc fuisse expor-
rectum, per nomos Ægyptios cunctos,
Græciā, & Barbaros; & (vt vno verbo
complectar) vbique gentiū, ac terrarum
etiam tum, Apostolica (inq;) ætate vi-
xisse therapeutas, & monachos. Iam cū
miraculo-

M A T T H. G A L E N.

23

miraculosum sanctimonia sua vitæ hoc
genus nusquam defuerit teste historico no-
stro: permirū sit necesse fuerit; neq; ho-
stes, neq; præcones ullos prætereà fuisse
nactum. Nam vt gentes tacuerint: no-
stri historici, in quibus Papias, Hegesip-
pus, & Iustus; non pressissent silentio
insigne decorū hoc synagogæ reliquæ,
cuius pleriq; ex professo texebant histo-
rias. Nam quod Plinius alicubi Esseno-
rum quasi cuiuspiam Gentis antiquissi-
mæ in Iudea ad Asphaltiten, & Engad-
di versantis inter palmas, cōtinentiæ, &
tamen frequentiæ, ac turbæ simul eorū
meminerit: ex Iosepho, et fortassis etiā
Philonे hausit inexplebilis quorūuis li-
brorum iste heluo, quos mirum non est,
non satis esse adsecutum. Nisi quis de
Hebræis, ac Rechabitis iam Pythago-
ræis malit simpliciter scriptorem hunc
intelligere: quorum sanè permulti tunc

Lib. 5. ca. 17
nalis historiæ.

F iij in

O R I G . M O N A S T .

in hāc, & aliās græcas sectas philosophiē cæco studio aberrarant. Nam & Herm.
Lib. E.H. 1. Sozomenus, & post eum Nicephorus
c. 12.
Lib. 8. E.H. Callistus, ipsum quoq; Philonem nō du-
6. 39. bitant Pythagoræū nuncupare. Verum
cum fortunæ fluctus dicat vita lassos ad
eorum mores agitare; & aliorū vitę pœ-
nitentiā illis esse fæcundā: nō possum nō
Philonis Iessæos, & therapeutas agno-
Antiq. lib. 18. scere. Præsertim cū Iosephus Eſſenos su-
6. 2. g. os præclaros quidē fuisse philosophos ve-
lit: nihilominus gentiū omniū oſores, &
earum non modo magisterium, verum
congressum quoq; omnem execratos.
Quid quòd præter alios dudū nominata-
tos, & post enumerandos Papias quoq;,
& noster Areopagita euidentius de ijsdē
scribant, & religioni nostræ ipſos vendi-
cent, veroſq; monachos esse declarent:
quām vt locus sit inficiatioſi? Contuli-
mus nuper, quòd ad posteriorem horū
attinet;

M A T T H . G A L E N .

24

attinet; nomina: cætera disputationis progressu, destinato ei rei capite, perſequemur. Papiam autem Hieropolitanū Antistitem, Ioannis Euangelistæ audi-
torem, perhibere illis testimonium ger-
manitatis, & antiquitatis Apostolicæ,
Marciq; extitisse filios, & discipulos: Ia-
cobus Ianuensis in Euangelistę istius vi-
ta, vbi & Petrum Damascenū collaudat
ſuffragatorem alterū; idoneus mihi exi-
ſtit auctor. Taceo fidei grauium histo-
riarū non ferre: vt Iudæos non dico tam
religiosos, ſed quales, quales volueris cre-
damus tam latē fuisse diſpersos. Si nāq;
iſtius extitiffent ſanctimonia Iudæi, cu-
iū ſuiffe conſtat Therapeutas; profectò
tantò omnium amore, & veneratione
fuiffent affecti; quanto nunc cōtrà odio
flagriffe vbiq; gentium ſub idem tem-
pus, nulli valet eſſe dubiū. Nam Philo-
nem reſtinguendi incendij huius apud
Alexan-

ORIG. MONAST.

Alexandrinos excitati spe, Romā profectū, & repulsam suam vltum Caio suo, figurato eius Imperatoris elogio: & scriptum ipsum, & Iosephus testatissimū faciunt. Quin & illud equidem sentio: nō ob aliam causam therapeutas tantopere prædicatos à Philone, quām vt serpentē passim execrationis Iudæorūflammam speciosissimo hoc fonte extingueret, vel quoquo modo reprimeret; quicquid alijs de deceptione eius per Alexandrinę Ecclesiæ Iudaismum comminiscantur, quē (si quis fuerit, vt de Ierosolymitana cōfessum est) potius lectoribus, atq; alijs quibusuis, ad quos fortè perueniret eorū fama, quām Philoni imposuisse, vt eorū merito Iudæis minus essent infensi; existimo. Atq; hoc idem cōsilium Flauium Iosephū Iessæos coēgit Synagogæ hæresin vnam deputare: & Christianam religionem Iudaicis obscurare vñbris.

Nam

MATTH. GALEN.

23


Nam Christianum fuisse disputationes contra Platonē, quas Io. Zonaræ história ad nos trasportauit ostendunt: vt de testimonio Christo, Baptistæ, Iacobo, atq; alijs perhibito nihil cōmemorem. Verum de hisce plura suo loco: reliqua capite proximo Eusebius Pamphili prosequetur, in cuius longiore nostra adseritione cauebimus his nostris contenti incurrere vestigia, & ingeniosa eius inuēta hic videri sublegere.

CONFIRMATVR HÆC DEMONSTRATIO EX EVSEBII

Pamphili lib. E. H. 2. cap. 17; & eius imitatoris Niceph. Callisti simili Philonis intelligentia.

E. H. lib. 2.
cap. 16.

Cap. III.



Taq; cum Eusebius paulò lib. 2. c. 15, ante retulisset Marcū Euāgelistam primum Alexandrinorum fuisse Apostolū, G & ijs

ORIG. MONAST.

& ijs à se conscripto adnuntiato Euan-
gelio tam multos cōuertisse non modo
ad fidem, sed etiam maximè philosophi-
cam, et arduam Ascēsin seu exercitatio-
eratissimam,
seuerissimam. nem; vt eloquentissimus Philo literarū
monumentis vitam, conuictum, conui-
uia, & cunctam vitæ eorum rationē non
E.H.lib.2.
cap. 16. sit dignatus; adfirmassetq; hoc scriptū
arguere, ac probare, quod tunc habebat
traditio cum Petro Romę Christum ad-
nunciante congressum eū tempore Im-
perij Claudij Reip. Iudaice (vt diximus)
legatum, quod posterius sit elaboratum;
et nostros Ascetas, et viros Apostolicos
nō nouisse modo, & institutum proba-
uisse; verumetiā eos pro diuinis homi-
nibus habuisse, & veneratum esse: tan-
dem capite 17. eiusdē libri totius volu-
minis huius proponit sūmā partim suis
carptim vtens verbis; partim ipsas ele-
gantissimas Philonis dictiones citans, &
de no-

MATTH. GALEN.

26

de nostris monachis interpretans; quod
nos diligenter à Grēco nostra opera cō-
uersum nō grauabimur totum hīc nunc
subijcere; vt omnis scrupulus ē lectoris
animo penitus eximatur. Primū igitur „
(inquit Eusebius) nihil præter veritatē „
& de suo additurum se ijs, quæ esset nar- „
raturus, data fide: in libro quē inscrisit „
(Philo videlicet) de vita contemplatiua, „
vel supplicibus; therapeutas eos, & quæ „
cum ijs versarentur, therapeutidas vo- „
cari ait; appellationis eius causas adsi- „
gnās huiusmodi; vel quod animos eorū; „
Eusebij, &
Philonis gr.
exemplaria ho-
diē infamia-
nino p. non
omittunt; ac
Niceph. (id
qui ad ipsos concederent instar medico- „
rum liberatione ab incōmodis vitiorum „
peutidas „
lim) thera- „
curarent, ac medicarentur; vel puræ, &, „
syncerē seruitutis Numinis debitæ, ac re- „
ligionis ergò. Siue igitur suo arbitratu „
hanc ipsis indiderit appellationem, ac „
cōmodatè ad ipsorum mores attributo „
nomine; siue reuerà primi illi sic eos prin „
lego ē vītā.

G ij cipio

ORIG. MONAST.

„ cipio vocauerint; cum haud quaquā ad
^{Hoc Epiph.}
^{Nazoreis}
^{contendit.} „ huc nomenclatio Christianorum vbiq;
 „ innotuisset: minimē oportet cōtentiose
 „ adseuerare. Enim uero in primis de re-
 „ nuntiatione substantiæ eorum testatur
 „ in hanc sententiam: Philosophari inci-
 „ pientes cedere suis facultatibus; deindē
 „ remisso nuntio cunctis huius vite solici-
^{uovājōis}
^{Nota argu-}
^{mentū, quo}
^{therap. Mo-}
^{nachī pro-}
^{Act. 4.}
^{extrem.} „ tudinibus egressos muros: in solis agris;
 & hortis versari, non ignaros inutilia, ac
 pernicioſa eorum esse cōmercia, qui dif-
 bentur.
 „ similibus prædicti sint moribus; cum ipſi
 „ eo tempore (vt vero est simile) illud fa-
 cerent partim animosa, & ardentissima
 „ impulsi fide; partim exprimēdi Prophe-
 ticam vitā, atq; exercitationem studio
 „ incitati. Etenim & in confessis Aposto-
 lorū actis est inuenire vniuersos Apo-
 stolorum notos possessiones, & substan-
 tias diuēditas diuifisse prout quisq; opus
 „ haberet; ita vt nō effet quisquā inter eos;
 qui

MATTH. GALEN.

27

qui egeret. Quotquot enim possessores „
 agrorum, aut domorū essent (vt ait ser- „
^{δ λόγος}
 mo) venditorum à se pretia ad Aposto- „
^{scriptura}
^{sacra}
 lorū deposuerunt pedes; vt cuiq; prout ei „
^{Aetorum.}
 opus effet distribueretur. Persimilia au- „
 tem hisce testificatus Philo de therapeu- „
 tis, de quibus modò nobis est sermo: ad „
 ipsas syllabas hæc subiungit: Hoc genus „
 hominū est quidem vbiq; terrarū (opor- „
 tebat nanq; perfecti boni participē euā- „
 dere Græciam, & ipsos quoq; barbaros) „
 maxima autē multitudo in Ēgypto per „
 singulos, quos vocant, Nomos, & præ- „
 cipuè ad Alexandriam. Optimi vero „
 quiq; vndiq; veluti in therapeutarum pa- „
 triam instituūt peregrinationem ad lo- „
 cum longè omnium aptissimum, qui vi- „
 cinus incubat Mariæ paludi in humilio- „
 re situs colle admodum opportunè, siue „
 securitatem spectes, siue aëris etiā tem- „
 periē. Deinde vbi ex ordine qualesnam „

G ij habi-

ORIG. MONAST.

„ habitationes eorū fuerint descripsit: de
 „ Ecclesijs, quæ per regionem passim ex-
 „ tructæ erant hæc dicit: In quaq; verò est
 „ sacrum habitaculū, quod vocatur sem-
 Videtur (ut
ante obser-
vatum est)
„ nion, & monasterion, in quo uorō uerō seu
 „ soli agentes venerandæ illius vitæ initi-
 hic ad mo-
nachorum
alludere no-
men; itaq;
vertendum
effet ex sen-
tientia Areo-
pagitie Deo-
se coniun-
gentes.
 „ antur mysterijs; nihil secum conferentes
 „ neq; potum, neq; cibum, neq; quicquam
 „ aliud eorum, quæ corporis videtur exi-
 „ gere necessitas: sed tantum leges, & ora-
 „ cularia prophetarum monumenta, &
 „ hymnos, & quædam alia, quibus & do-
 „ strina, & pietas adaugētur, & perficiunt
 „ tur; & post alia quædam: spatium verò
 „ (inquit) à manè in vesperum vniuersum
 „ est ipsis exercitatio. Nam cum sacras le-
 „ gant literas: Philosophantur patria phi-
 „ losophia allegoricè enarrata. Quando-
 „ quidem persuasi sint verborū, vt sonant
 „ expositionē, continere symbola recon-
 „ ditæ naturæ, quæ allegoricis coniecturis
 „ pate-

MATTH. GALEN.

25

patefiant. Sunt verò ipsis scripta quoq; „
 virorum antiquorum, qui instituti eorū „ auctoritas
 Duces, & auctores extiterunt, & monu- „
 menta non pauca, in quibus ratio est ex- „
 posita instituendarum allegoriarū, post „
 se reliquerunt, quibus veluti exemplari- „
 bus quibusdam vñ sequuntur instituti sui „ προαιτη-
 morem. Hæc autem videntur ab hoc „ σεως uide-
 viro dicta; quod eos, qui interpretaren- „ tur referē-
 tur sacras scripturas, audiuisset. Fortè „ dum ad id,
 verò non absurdum fuerit: si scripta ve- „ quod dise-
 os, seu in- „ rat auto-
 terum, quæ ijs cōmemorat, fuisse; Euani- „ stituti q.d.
 gelia, & scripta Apostolica, imò & ex- „ faciunt pro
 positiones quasdam fortassis priscorum, „ sua, et suo-
 quos interpretantur non rarò, prophe- „ rū patrum
 tarum, quales ea, quæ ad Hebræos data „ heresi, ex
 est, & plures aliæ Pauli complectuntur „ allegoricè
 epistolæ; intellexerimus. Deindè rur- „ enarrant
 sum de nouis psalmis, quos confece- „ scripturas.
 rent, prosequitur in hanc porrò senten- „
 tiam: Itaq; non interpretantur tanum:
 sed

ORIG. MONAST.

„ sed & ipsi suo marte faciunt cantica,
per cōtemp-
plationem
enarrant.
 „ & hymnos , quibus Deum celebrent,
 „ omni metrorum, & modulationum ge-
 „ nere, & numeris grauioribus necessariò
 „ vñi. Et quidem multa insuper alia , de
 „ quibus à nobis habetur sermo , ibidem
 „ persequitur : illa autem oportere visum
 „ est referre, quibus lineamenta adumbrat
De solis
Christianis
hac esse ac-
cipienda.
 „ vitæ Ecclesiasticæ. Quod si autē dicta
 „ hactenus cuiusdam nō videantur institu-
 „ tæ ex Euangelico præscripto vitæ pro-
 „ pria ; sed posse etiam alijs , quām ijs , de
 „ quibus nos sumus interpretati ; accom-
 „ modari : persuadeatur vel ab ijs , quæ cō-
 „ tinuò sequuntur , ipsius vocibus , quibus
 „ certam cuius Æquo arbitro facit de hac
 „ re fidem. Sic enim scribit. Vbi conti-
 „ nentiam quasi quoddam fundamentum
 „ in animo suo præstruxerint : reliquas
 „ deinde superstruunt virtutes. Cibum ,
 „ aut potum nemo eorum ante solis occa-
 sum

MATTH. GALEN.

29

sum adferat. Siquidem philosophari lu- „
 ce dignum censem: tenebris verò necef- „
 sitates corporis ; vnde illi quidem diem ; „
 his verò exiguum quandam noctis par- „
 tem attribuere . Quidam autem tertio „
 quoq; die meminerunt demum alimēti , „
 quibus maius eruditionis insedit defyde- „
 rium ; non nulli verò adeò exultant , ac „
 deliciantur à sapientia deliniti abunde , „
estimantes
voluntatis
& copiosè præbente documenta: vt eti-
yūata.
 am in tempus duplum sustineant , & vix „
 post sextum diem necessarium degu- „
 stare alimentum soleant . Has Philonis „
 claras , & quibus contradici nequeat de „
 rebus nostris existimamus esse dictio- „
 nes. Si quis tamē his adhuc contradicat , „
 nec adducatur , vt credat: is sic etiam exi „
 matur ab incredulitate , fide haud ne- „
 gata efficacioribus demonstrationibus , „
 quas nusquam , præterquā in sola Chri- „
 stianorū inuenire est secundum Euan- „
 gelium

O R I G . M O N A S T .

Nota vir- „ gelium religione. Nam ijs, de quibus lo-
ginitatem „ quimur ait adesse etiam mulieres, quarū
perpetuum „ esse iudice *Eusebio cō* „ plurimæ essent virgines anus castimo-
sentaneam „ niam non necessitate (quemadmodum
Euangelio. „ quædam apud Græcos sacerdotes custo-
 dientes verius, quam animo voluntario)
 „ & propter zelum, & sapientiæ cupidita-
 tem, cum qua dum viuere optauissent,
 „ voluptates corporales pro nihilo duxe-
 rint nō mortalis posteritatis, sed immor-
 talis cupidæ, q̄ per se solus valet amans
 „ Dei animus procreare. Post hæc in pro-
 gressu euidentius eadem explanat. Ex-
 positiones verò sacrarum literarum fiūt
 ab ijs per allegoricas coniecturas. Nam
 tota lex his viris videtur similis esse ani-
 mali. Et corpus quidem habere ipsas nu-
 das dictiones, & literam, animum verò
 recōditam dictionibus ipsis inuisibilem
 mentem, quam orsa est excellenter hæc
 ipsa eadem religio contemplari veluti
 per

M A T T H . G A L E N .

30

per speculum ipsorum verborum infue- „ , διεφερού-
 tas pulchritudines sensorum eminentes „ , τως f. dis-
 conspicata. Quid necesse est his adjicere „ , νερσίς mo-
 eódem conuentus, & quomodo in ijs, & „ , dis.
 viri, & mulieres seorsim degerint, & „ , ονοματή.
 quæ vsq; ad hunc diem de more à nobis „ ,
 perficiuntur, Asceses, seu exercitatio- „ , Exercita-
 nes, quas præcipue sub salutaris perpeſio „ , tiones apo-
 nis festum, inedia, compunctione, et au- „ , stolice, ερ-
 sculationibus sermonū diuinorū transi- „ , primorum
 gere confueuimus. Quæ sanè cum ex- „ , Christiano-
 actissimè ad eundē, qui à nobis solis huc „ , rū sub Pa-
 vsq; obseruatur, modum explicasset hic „ , scha.
 vir: in proprium contulit scriptum, & „ , ασκήσεις
 maximè magnæ solennitatis peruigilia, „ , de bone
 celebrans, & in ijs Asceses seu exercita- „ , hebdoma-
 tiones, & hymnos à nobis dici solitos; „ , dæ duris
 vtq; uno numeroſè, ac decenter psallen- „ , operibus,
 ter reliqui cū silentio auscultantes hym- „ , et vita ri-
 norum extremas modò succinuerint „ , gore.
 clausulas; quomodo per dictos iam dies „ ,

H ij humi

ORIG. MONAST.

„ humi cubauerint in herbaceis stratis; vi-
 „ num quidem penitus (ut ipfis verbis du-
 „ dum expressit) non gustauerint, sed ne-
 „ que quicquam eorū, quæ sanguinis sunt
 „ participia, aquam autem solum potā ab
 „ ipfis, & opsonium fuisse memorans cum
 „ pane salem, & hyssopum. Ad hæc descri-
 „ bit etiam præfecturę modū eorū, quibus
 „ Ecclesiastice erant cōmissæ functiones,
 „ & ministeria, & omnium supremas Epi-
 „ scopatus dignitates. Horum autem cui
 „ defyderium fuerit exactioris cognitio-
 „ nis: ex nominata huius viri petat histo-
 „ ria. Philonem verò de primis doctrinæ
 „ euangelicæ præconibus, & moribus prin-
 „ cipio ab Apostolis traditis hæc comme-
 „ morauisse: nulli non est manifestū. Hoc
 „ prolixum quidem, quod hactenus addu-
 „ ximus, Eusebij Pamphili testimonium,
 „ necessarium tamen euidentius rem o-
 „ mnem probat, quam ut ex demonstra-
 „ tione

MATTH. GALEN.

31

tione sua euangelica eandem simplici- *Lib. i. cap. an-*
 ter expositam libeat insuper afferere: ni *tepen. & pe-*
 hil omnis ut secundus testis, & quasi in-
 terpres partim confirmet, partim magis
 declareret nostram sententiam; ex Calli-
 sto Nicephoro Xanthopulo libet Thera-
 peuticam eandem adscribere denuò hi-
 storiam. Nam libri secundi decimo-
 quinto cap. extremo: Dicunt præterea „
 (ait) diuinum hunc Marcum (Euangeli- „
 stam videlicet) primum in Ægyptum, „
 & Alexandriam missum Euangeliū, „
 quod conscripsit, prædicasse, Ecclesiās „
 ordinasse, atq; ei, quæ ibi est Christiano- „
 rum Monachorum, solitariæ vitæ leges „
 dedisse. Tanta autem virorū, & mulie- „
 rum à primo statim initio confluxit mul „
 titudo: vt exercitij, studijq; eorum phi- „
 losophiam, institutum, mores, vitam, ra- „
 tionemq; cōuersationis omnem in scri- „
 ptum retulerit, in vtroque Philosophiæ „

H iii gene-

ORIG. MONAST.

„ genere celeberrimus Philo, quem ad col
„ loquium Petri Romæ diuinum verbum
„ concionantis, fama est peruenisse. Non
„ tantū verò is quasi numine afflatus pro-
„ sequitur institutum eius temporis Apo-
Niceph. lib. 2. cap. 6. et lib. 8. cap. 39. et Sozom. li. 1. E.H. cap. 12.
„ stolicorum ex Iudæis (vt videtur) proge-
„ nitorum virorum: sed id quoque iudicio
„ suo comprobat, quanuis etiam tum plu-
„ rimæ veterum Iudæorum cōsuetudines
„ obtinerent. Asseuerat quoq; verbis diser-
„ tis, nihil se veritate ducere prius, aut an-
„ tiquius, neq; quidquam ex se ipso rei ipsi
„ addere constituisse. Quapropter scriptū
„ id, canones, & regulas, quæ etiam num
„ in Ecclesia seruantur, liquidò continet.
περὶ Βίου τοῦ φιλοσόφου. περὶ θεωρίας. περὶ ιερῶν. περὶ θρησκευμάτων.
„ Inscriptio autem libri, & titulus De vita
„ contemplatrice, siue de supplicibus. Eos
„ autem qui vitā eiusmodi amplexi es-
„ sent, θεοπαντεύτες, hoc est, cultores seu curato-
„ res vocat, vel quod ita tum appellaren-
„ tur, nondum Christianorū nomine latè
„ diffuso:

MATTH. GALEN.

32

diffuso: vel propter purum, syncerumq; „
Dei cultum: vel quod tanquam medici, „
exercerent, curarent, atq; colerent eo- „
rum, qui ad eos venissent, animos, omni „
eos vitiorum perturbatione liberantes: „
vel aliam quamcunq; ob causam. neque „
enim de eo contendere necessarium est. „
Hos à principio, quum Christiana philo „
sophia initiarētur, dicit rem familiarem, „
facultatesq; suas relinquere solitos esse: „
ac deinde nuntio omnibus vitæ huius cu- „
ris, & solitudinibus remisso extrà mu- „
ros in semotis aliquibus agris, & hortis, „
aut etiam montibus versari, atq; viuere, „
dissimiliumq; omnium confuetudinem „
tanquam perniciosam auersantes, vitam „
propheticam flagranti, atq; feruenti fi- „
de meditari, atq; emulari. Non solum au- „
tem in eo loco, verum etiam alibi in or- „
be hoc genus fuisse scribit. Decebat quip „
pe summi boni & Græciā, & Barbariam „
par-

„ participes fieri, in Agypto tamē, & ma
 „ ximē circa Alexādriam institutum hoc
 „ frequētari. In vnaquaq; autem solitaria,
 „ (inquit) mansione sacram domum repe
 „ rias, quam *σεμνάον*, hoc est, honestatis, gra
 „ uitatisq; locum, & monasterium uocāt:
 „ in quo scilicet ab alijs seiuncti, & solita
 „ rij, honestæ, sanctæq; vite mysterijs im
^{στις cibi}
^{bic potius} „ buuntur. Eò nihil infertur vel frumenti,
 „ vel potus, vel etiā alterius rei, ad necessa
 „ rium corporis vsum pertinentis. Sermo
 „ nes tantum, & leges, dictaq; Prophetā
 „ rū, atq; hymnos diuinitus inspiratos ibi
 „ meditātur, atq; etiam alia quibus doctri
 „ na, & pietas augescens summum conse
 „ quitur bonum. Interuallum porrò tem
 „ poris ab ipso diluculo ad vesperam usq;
 „ in exercitio eos cōtinet. Sacris enim in
 „ cumbentes literis, in patria sedulò desu
 „ dant philosophia. Ac quasi fundamentū
 „ primum iacentes ipsam continentiam,
 reli-

reliquas ei superstruunt virtutes, neq; an „
 te solis occasum, alicui ex eis panem, aut „
 potum sumere licet. Virtutis enim studi „
 um luce dignum, ita vt par est: contrā au „
 tem ad tenebras pertinere eas, quę ad ne „
 cessarium corporis vsum sumuntur, cu „
 ras iudicāt. Sunt autem qui post tres, aut „
 plures dies demūm cibi reminiscuntur, „
 quibus videlicet maior doctrinę inest cu „
 piditas. Nonnulli etiam ita latentur, de „
 licijsq; affluūt circā sapientiæ epulas, plu „
 rimas suppeditantes doctrinas; vt dupli „
 catum etiam id tempus se abstineant, & „
 sexto vix die de necessario alimento par „
 ticipare cōsueuerint. Expositiones por „
 rò sacrorum oraculorum per allegorias „
 arcana, occultasq; sentētias, & anago „
 gas siue cōtemplatrices, & mysticas in „
 telligētias instituūt. Studium siquidem, „
 & quasi lex philosophorum istorum ani „
 māti persimile est, cuius corpus dictum „

I literæ

„ literæ, anima autem sit abstrusa in ea, at-
 „ que inuisibilis mens, & intelligētia. Sunt
 „ quoque apud eos, & mulieres solitariæ,
 „ ^{Separatvris}, hoc est, cultrices dictæ, quæ sa-
 „ crā hanc vitā, et institutū sectantur: qua-
 „ rum pleræq; modesta, ac sobria, senectu-
 „ te ornatæ, puritatem, & virginitatē non
 „ necessitate, sed spontanea animi destina-
 „ tione colunt, nullamq; corporis volupta-
 „ tum curam, aut rationem habentes, non
 „ mortalium, sed immortalium liberorum
 „ gignendorum cupiditatem obtinent,
 „ quales liberos sola ex seipsa Dei amans
 „ anima procreare potest. Verūm e-
<sup>Coningale
institutū in
ferius vir-</sup>
 „ nimvero quum duo sint hominum vi-
 „ ginali, et
 „ monachico.
 „ tæ instituti genera: vnius nimirum, eius-
 „ que inferioris coniugalis consuetudiniſ:
 „ alterius autem supermundanæ, & ange-
 „ licæ Deo videlicet dilectæ virginitatis,
 „ ac solitariæ, puriorisq; conuersationis:
 „ si quis legitimum, ac impollutum sequa-
 tur

Vita An-
gelica.

tur matrimonii, longe ille quidem à re-
 „ prehensione abest, sed pauciora ei cōtin-
 „ gunt charismata, & dona. Sobriè enim, <sup>Diversitas
præriorum</sup> pudiceq; & is viueredicitur, & trigesu-<sup>virginita-
tis, & con-
jugij.</sup>
 „ plum virtutis fert fructū, difficulter cer-
 „ tè quidem sexagecuplum. Cui verò sin-
 „ cerè Angelicā vitam degere fit datum,
 „ etiam si ea aspera sit, & ardua, facile ta-
 „ men ei fuerit sexagecuplum, atq; etiam
 „ centuplum ferre fructum, certò scilicet
 „ ad perfectionem, & summum bonū col-
 „ limanti. Scripta autem ijs dicit esse vete-
 „ rum, qui authores, & duces professionis
 „ eorum extitere, & multa monumenta
 „ ideæ, & formæ eius, quæ allegorijs dele-
 „ ctatur post se reliquerūt virorum, ijs illi
 „ quasi archetypis, primisq; exēplaribus
 „ vtentes, morem modumq; eum imitan-
 „ tur. Ea porrò monumenta, diuina Apo-
 „ stolorum Euangelia, & Pauli epistolas,
 „ esse puto, interpretationē antiquarum

I ij scri-

*In Euange-
lij, et Pat-
ri epistolis
V.T. inter-
pretatio re-
cta contine-
tur,*

scripturarum rectam continentes. Non
solum autem (inquit) contemplationi
vacant, sed nouos etiam hymnos, carmi-
na, & laudes in Deum omni genere gra-
uiorum numerorum, atq; rhythmorum
componūt. Videbitur fortasse cuiquam,
Philonem non hæc de euangelicæ vitæ
institutis dixisse, vt quæ alijs quoq; accō-
modari queant: sed is certum, indubita-
tumq; esse sibi persuadeat, nostrā illum-
depinxisse viuendi cōfuetudinem. Quū
adhodiernum vſq; diem, non apud alios
quam apud nostros homines, regulas ta-
les, viuendiq; mores conseruari comper-
tum sit: conuentus scilicet in vnum, &
seorsim quidem mulierum, seorsim eti-
am virorum, frequentatas conuersatio-

Veteris, quadrageſi-
ma, ex ſu-
prema, heb-
domada
modius, et
ritus.
nes, solitaq; & stata exercitia, que etiam
nunc nos foli, & maximè unā cum in-
dia cibiq; abstinentia, cum precibus &
cum diuinorum oraculorum meditatio-
ne;

ne, in perwigilijs, & orationibus salutife-
ræ passionisferijs, atq; etiam ante eas fe-
rias celebrare consueuimus. Addit insu-
per Philo et illud: solere apud nos ita can-
tari hymnos, vt quum vnuſ certis cōfer-
uatis numeris, ritè atq; decenter præeat, &
reliqui tacitè illū audientes, hymnorum
tandem extremas partes cōcinant. Pre-
tereà temporibus suis illos humi in her-
ba stipadio iacere solitos, vinū prorsus,
vt ipsius verbis vtar, non attigisse, neque
quidquam sanguinei gustasse refert. Po-
tum quippe illis fuisse aquam tantum, ci-
bum aut̄ cum pane salem, & hyſſopum.
Ad hæc morem quoq; Ecclesijs præſi-
dentium magistratum describit: atq; in
ijs, quum cæterorum ministrorum mu-
nia, tum summe omnium Episcopalis di-
gnitatis sublimitatem. Quod verò hæc
Philo de primis pietatis præconibus, &
traditis ab eis antiquitus moribus scripſe,

„ rit, satis ei persuasum fuerit, qui diligenter, & accurate, quā diximus, historiam eius viri legere voluerit. Hactenus Xanthopulus Nicephorus.

AMPLIUS ADHVC AD-

SERTIO EADEM EX EPIPHANII
Heres. 29. Nazoræis, & ex D. Hieronymi lib. de Eccl. Scriptor.
Libr. de Eccl. probatur; vbi etiam exordiū Eremitę Pauli eiusdem sa-
Script. in Phil. vita. no adseritur sensus; & ex Niceph. cap. 39. lib. 8. & So-
Zomeni lib. 1. cap. 12. originali huic veritati contrà
 apostaticam defectionem, & dolos subsidium
 orthodoxum mittitur.



CAP. III.

Vanuis iā ergò his ita con-
 stitutis me potius grauē eo-
 rundem inculcatione exi-
 stere lectori metuam; quam
 certitudine vniuersalis traditionis grati-
 ficari cuiusquam scrupulis confidam: at-
 tamen non possum hoc loco; quin hære-
 ticæ pertinaciæ quantū à me fieri queat
 omnem præcludam rimam. Ergo cum
 Epipha-

Epiphanio in peruidendis antiquitatib.
 nihil sit magis oculatū; in prodendis me-
 morię traditionib. nihil fide dignius: ad-
 uocandi hoc erunt parumper sui Nazo-
 ræi; *Heres. 29.* cum vt auctoris suispectatissima fi-
 de dicta omnia confirment; tum ijs, quæ
 proximo sequentur capite, atq; alibi lu-
 cem quam maximam adferant. Postquā
 igitur sanctissimus, & reconditissimæ e-
 ruditionis iste pater Christi sacerdotiū,
 & regnum vindicasset à Nazoræorum
 caligine: & multa (ait tādem) licerethac
 de re differere: attamen quandoquidem
 in hunc locum delatus sum; vt dicerem,
 quam ob causam Iessæ vocarentur, qui
 in Christum crediderūt, priusquam dice-
 rentur Christiani; idcirkō diximus Iessæ
 patrem fuisse Dauidis; & vel ob nomen
 Iessæ; vel ob nomen Iesu Domini nostri
 vocatos fuisse Iesseos; eo quod ex Iesu du-
 cerent discipline suę originē, suiq; essent
 disci-

ORIG. MONAST.

„ discipuli; vel quod veriloquium nominis
 Iesu He- „ Domini illis quoque congrueret. Iesus
 bræis medi „ nanq; Hebraica dialecto vocatur The-
 cum etiam, „ rapeutes, vel medicus, vel seruator. Inte-
 & Thera- „ ptenen, & seruatorem, rim huius nominis, priusquam Christia-
 significat.
 „ ni appellarentur: fortiti fuere nomenclata
 Atto. 11. „ tionem. At Antiochię quemadmodum
 ἐπόθεσις „ suprà meminimus, & ut habet rei veri-
 àληθείας. „ tas: coeperunt discipuli, & vniuersa Ec-
 clesia Dei vocari Christiani. Inuenias
 ἐπόθεσις „ forte funda autem ὁ philologe & huius confirmationem.
 Liber Phil. „ nem; si Philonis perlegas monumenta:
 ab ipsomet „ in libro ab eo de Iessæis inscripto, qui ho-
 de Iessæis „ inscriptus, rum vitam, & encomia persecutus etiam
 qui nunc de Therapeu- „ iporum monasteria in palude ad Mari-
 tis; & probant sequen- „ am suburbana historico complexus est
 tia.
 „ stylo; neq; de vllis alijs vir hic, quam de
 „ Christianis illa scripsit. Cum nanq; ver-
 „ saretur in ea regione, qua parte eam Ma-
 „ reotin vocant, & deductus esset in loci
 „ istius monasteria nō paruam cepit ea ex
 re

MATTH. GALEN.

37

re vtilitatem; cum in diebus Paschalibus „ *Hebdom.*
 illic esset, & vitam agendi rationes eorū „ *paschāw*
 foret contemplatus; & quomodo quidā „ *seu pascha-*
 sanctam paschalem hebdomadē totam „ *tis, quæ à nobis dici-*
 dilata refectione corporali traducerent; „ *tur bona, ab Eusebio du-*
 alij alternis vescerentur diebus; alij deni- „ *dū magna.*
 que saltem in vesperam ctiusq; diei tene „
 rēt ieunium; didicisset. Conscripta sunt „
 autem hæc omnia ad fidei, & vitæ Chri „
 stianorū adsertionem. Quemadmodum „ *ἐπόθεσις*
 igitur tunc vocabantur Iessæi ad tempus „ *Philo stu-*
 non ita multo post adsumptionem fer- „ *dio adseren-*
 uatoris, & à Marco Ægyptiacæ regio- „ *di Christia-*
 ni adnuntiatum Euangeliū: ita sub idē „ *nismum li-*
 tempus nōnulli egressi sunt rursum, qua- „ *brum il-*
 si quidam Apostolorū comites (hi nem- „ *lū scripfi-*
 pe, quos dudum sese indicaui appellauis- „ *ἀκόλυθοι.*
 se Nazoræos) cum essent & genere Iu- „
 dæi, & legi addicti, & circumcisi. Ex his
 autem dictis Epiphanij liquet, quod Eu-
 sebius suprà non satis constare sibi adfir-
 K mabat:

mabat: nempè Christianos omnes prime cipio hoc Therapeutarum, seu Iessæorū nomine fuisse ornatos; quod prius quidē per antonomasiā Monachis peculiari- ter attributum; tādem verò ad eos solos per antonomasiam, vbi iam Christiano- rum appellatio increbresceret; esse dela- tum, ac derelictum postrema hæc dispu- tatio est demonstratura. Deindè fuisse monasteria, in quibus etiam Philo versa- tus sit; ne quis dubitet inter eosdē fuisse Monachos aliquos: clarissimis verbis tradit Epiphanius. Tantum de recta He- bræi, & Syri vocabulī etymologia, & causa impositionis non secus, quam prio- res dubitat: nū videlicet sint à Iessæ Da- uidis parēte sic appellati, cuius seruator- noster erat nepos; an potius à Seruato- ישׁ ris ipsius nomine Iesua, idque vel quod illius essent discipuli, qui solent à præce- ptoribus mutuari cognomina; vel certe

quod

quod significatio notata hoc etymo e- tiam illis congrueret. Quæ Dionysius habens exploratissima, & ad hoc tradi- ta; vt literis mandata propagaret ad po- steritatem: absque scrupulo vnicum, ac certissimum Therapeutarum, à Philo- ne quoque posteriore loco (vt quod ma- gis probaret) attactum assignauit verilo quium. Verum de his omnibus non multo post iterum loquemur: nunc Bea- ti Hieronymi de Philone, libro hoc e- ius, & Therapeutis proferamus senten- tiam. Sic igitur is in Philone scribit: Phi,, Iudæus (ait) natione Alexandrinus,, de genere sacerdotum, idcircò à nobis,, inter scriptores Ecclesiasticos ponitur:,, quia librum de prima Marci Euange-,, listæ apud Alexandriam scribens Ec-,, clesia in nostrorum laude versatus est. ,, Non solum eos ibi, sed in multis quoque,, prouincijs esse memorans, & habitacu-

*Hieronymi
in vita Phi-
lonis de the-
rapeutis sen-
tentia.*

K ij la

„ la eorum dicens monasteria. Ex quo ap
 „ paret talem primum credentium fuisse
 „ Ecclesiam, quales nūc Monachi esse ni
 „ tūtur, & cupiūt: vt nihil cuiusquam pro
 „ priū sit, nullus inter eos diues, nullus pau
 „ per, patrimonia egentibus diuiduntur,
Psalmodia, „ orationi vacatur, & Psalmis, doctrinæ
Doctrina, „ & continentia, quales & Lucas
er. continē „ quoq; & continentia, quales & Lucas
Monachorū of „ refert primum Ierosolymæ fuisse creden
ficta anti- „ tes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Ro
 „ mē periclitatum, quo legatus gentis suę
 „ missus fuerat. Quum secūda vice venif
 „ set ad Claudiū: in eadem vrbe locutum
 „ esse cum Apostolo Petro, eiusq; habuif
 „ se amicitias; & ob hanc causam etiam ec
 „ clesiam Marci discipuli Petri apud Ale
 „ xandriam sectatores ornasse laudibus:
 „ & paulò post enumeratis aliquot alijs e
 „ ius lucubrationibus: & de vita nostrorū
 „ (ait) librū scripsit, de quo suprà diximus,
 „ id est, de apostolicis viris, quē & inscri
 psit

psit ταῦτα διεργάτικὰ ἵκετα, quod videlicet cœ
 lestia contemplantur, & semper Deum
 orent. Plana est quidem Hieronymi sen
 tentia, & reliquorum traditioni conso
 na: nisi quod videri possit opinatus cun
 cta, quæ Philo narrat de quibuslibet sen
 sisse Christianis, & nō meliore parte tan
 tum, hoc est, Monachis; & Christiano
 rum omnium ædes fuisse dicta monaste
 ria. Verùm secus accipiendum Hierony
 mum: extremum alterum caput mox
 perspicuum (vt spero) facturum audita,
 & probè intellecta prius Fl. Iosephi de
 Eflæis sententia. Cæterum illorum supi
 na, & malitiosa est hoc loco reprehēden
 da in scitia, qui vt cucullis suis per sum
 mum nefas positis, ac projectis specio
 sum concilient prætextum: iactant in ru
 di plebecula Hieronymum testari Ere
 mitam Paulum omnium fuisse primum
 Monachum; itaque humanum esse eius

K iii viri

viri inuentum, metu persecutionum au-
ctum, nullis votis adstrictum, & à quo li-
berum semper mystis fuerit poenitentia
ductis, aut tædio victis ad aliud genus vi-
tæ, coniugiumque ipsum absq; piaculo
redire. Neque enim intelligunt, aut ad-
uertunt voluptatum, & licentia occæ-
cati libidine primum Hieronymū quæ-
rere; à quo potissimum monachorum
eremus sit habitari cœpta: ac deinde
concludere sententijs alijs reiectis; cum
discipulis Antonij Amatha, & Macario
Paulum Thebæum istius rei principem
fuisse; ab Antonio autem omnium stu-
dia fuisse incitata; nequaquam verò hu-
ius propositi extitisse caput. Quod non
tam nomine horum Antonij discipulo-
rum puta, quam opinione se quoque ad
extremum comprobare adfirmat, & ple-
nè persuasum fuisse ostendit. Hierony-
mus igitur de eremiticæ vitæ origine a-
git,

git, & hoc elogio Paulum ornat, eremi-
tam nuncupans: non de monachorum
seu Therapeutarum, hoc est, proprié di-
ctorum monachorum, & certis myste-
rijs initiatorum prima origine, atque in-
stitutione. Nam Paulum, Antonium,
Macariū, Hilarionem, & id genus soli-
tarios Heroās non fuisse Monachos, &
certis mysterijs Deo, & generi isti insti-
tuti dedicatos: nemo ignorat vel certe
pernegare valet. Nam sacerdotem esse
oportere, qui sacramenta illa conferat
Monastices candidatis: liquet ex Areo-
pagitæ traditione. Sed de eo opportu-
nius poste à agemus: illos autē à Sacer-
dotio extitisse alienos, & exortes; ne-
que cuiusquam sacerdotis alterius egui-
sse, aut vsos in sectatorum, suoūe auspi-
cio; opera; in confessio est. Vocantur au-
tē ab Hieronymo Anachoretæ, & soli-
tarij eodē loco, & alibi quoq; Monachi:

sed

*Vide Sexta
Synodi can.
42; et 43.*

fed non absq; flexu metaphorico; nimirū quod exercitatio, & studia essent persimilia, & eundem præ se ferrent collimare sescopum. Quanquā verius sit anceps esse Monachi in veterū scriptis nomen: & recentiores rarius usurpare ea il lud significatione, quam Macarius ille Dionysius ab Apostolis acceptam prodidit; s̄p̄ noua, quam à solitudine deduc̄tam haud scio quis Anachoretis, & Eremitis præconij singularis vice primus attribuit. De his ergo Monachis statuant desertores isti quicquid libuerit; cum neque ipsi tales fuerint vnquam; neque ulli supersint ferè in Europa; neq; de huiusmodi nos vnquam contenderimus. At quod horum siue licentiam, siue libertatem, siue recentem, & humanum ortum illis affricare audeant, quo sibi patrocinentur: non tantum indocte; sed impiè quoque faciūt. Illi ergò apostolici Monachi,

nachi, qui & soli veri sunt Monachi, neque à solitudine, sed vniōne cum Deo, ac monade habent nomen: minimè cogendi sunt ad nouitiam, & ab istis fugitiuis, ac perfidiosis mancipijs confictam ignobilitatem, & salissimam originem. Quod enim diuinum esse, & apostolicum partim demonstratum est; partim vberius demonstrabitur: non est stemmatis sui gloria despoliandum; ulliūe tribuendum homini quantumcunque sancto, & illustri; tantū abest; vt omnis pietatis, ac virtutis hosti sacrilegum non sit per blasphemiam illud affingere. Hanc autem differētiā Monachorum si vel obseruasset, vel probè (vt oportebat) me minisset Nicephorus: nequaquam veluti prioris sententiæ nuper prolixè allegatae, & ex eruditissimo Eusebio Cesarien si mutuatæ oblitus, aut retractator; in Sōzomeni aberrasset dubitationes; & Philonis

L. Ionis

Nicep. Cal. libr. 8. Ionis authenticam eleuasset leuitatis spe
cap. 39. cie hac fidem. Nam post illam Philonis
Sozom. li. historiam cum Eusebio approbatam, &
E.H. 1.c. cum eodem intellectam, atq; enarratam
^{12. et 17.} lib. 2. cap. 16. post lib. 8. cap. 39. benefi-
 cijs, ac meritis in Ecclesiam catholicam
 à Monachis collatis verbis Sozomeni
 prædicatis; tandem posita de Monasti-
 ces ortu quæstione, triplicē opinionem
 adfert vnam referentium ad Heliam, &
 Ioannem Baptistam; alteram Philonis;
 tertiam eorum, qui persecutionum for-
 midinem, & latèdi spem in desertis locis
 somniant occasionem dedisse ortui Mo-
 nastico. Quanquam horum sententia, si
 de eremitis, & solitarijs, qui impropriè
 etiam Monachi cœperunt vocari, acci-
 piatur (vt equidem accipiēdam censeo)
 non sit reprehendenda. Sozomeni au-
 tem, & Nicephori exposita posteriore
 loco æquè defendi nō possit, qui Philo-
 nis

lonis imeminerunt, & eius Therapeutas
 cum solitarijs Pauli, & Antonij sectato-
 ribus confundunt, & pro ijsdem conuin-
 cūtur habuisse. Intellexit interim rectè
 Philonem etiam Sozomenus, & de Mo-
 nachis nostris est interpretatus; sed mi-
 nus propriè dictis, hoc est, solitarijs dun-
 taxat similitudine studiorum vtrorum-
 que (vt apertè profitetur) & fortassis vo-
 cabuli quoq; in speciem communione
 deceptus, nullaq; sacramentorum habi-
 ta ratione. Et dici quidem valeat cuius-
 que arbitrio rem sibi non satis liquidam
 voluisse permettere Sozomenus; quod
 sibi non rarò indulgere videmus histori-
 cos; at Philonis auctoritas maximè ab
 Eusebio tractata, atq; adserta, quam pro-
 culdubio non ignorabat; nō erat tam ni-
 hili putāda satis etiam ab ipsomet paulo
 prius excussa. Sed Nicephorus fortè ad-
 huc videbitur quibusdam minus excusa

L ij tioneis

tionis, atq; adeò venie mereri: nisi quod fas ille autumet in longo opere scriptori
Niceph.lib.8.
cap.40. Soz. lib.1.cap.13. somnum alicubi obrepere. Interim capitis proximè sequentis initio vterq; historicus videtur subindicare: se quidem à nobis non dissensisse; sed quod alios putaret non item subscribere; eo loci nihil adfirmare certò, ac præcisè voluisse. Quod & ex capitibus præcedentibus, & narrationis iam relatæ extremo non minus appareat. Sozomenus nāq; de solis Christianis Philonem intelligendum contensus: οὐερ συμβάλλω (ait) ἐπὶ τούτῳ τῷ αὐγυντίῳ ἀκμάσαι ταῦτη τὰ φιλοσοφίαν: quæ Langus in Nicephoro sic retulit; equidem ab illis Ægyptijs tantopere hoc viuēdi genus inualuisse conijcio. Sozomeni sanè verba hoc potius modo debent transferri. Vnde conijcio ex illo tempore in Ægypto philosophiam hanc floruisse. Vterq; ve rò suæ opinioni aliorum de persecutio-

num

nū formidine continenter subiungit. Verum de his viderint istorum studio si, & patroni: nobis Eusebij Pamphili sola auctoritas, atq; adsertio abundè sufficit.

POST HÆC EX FLAV.

JOSEPHI ANTIQ. IVDAIC. LIB.
19.cap.2, & lib.2.de B.I.cap.12, eadem sententia
hæc de Apostolico, & vero Monastices
ortu corroboratur.

CAPVT V.



Via autem permultis pri ma frōte mirum videbor sat scio paradoxū hic moliri, atq; aggredi persuadere: idcirkò primo ad verbum Iosephi de Essenis (sic enim exéplar Græcum Basiliense, quod vnum licuit hactenus cernere legit) sententiam 2.in locis expositam oportet nos proferre; actum eandem nostræ adsercioni

L iij per

lib. arb. cū „ per omnia suffraganeā esse sigillatum,
 gratia præ „ quod satis videbitur; demonstrare. Er
 dicatio „ gō primum libri 18. antiq. Iudaic. cap.
 Christia- „ Nouæ le- „ græco secundo breuius describit Esse
 na. „ gis sacrifi- „ norum (sic enim & illie exemplari-
 fæ præter „ fæas ad tē- „ dem legit) placita, & mores, cuius ca-
 Paulus ex „ patus etiam „ pitis partem; quatenus huc pertinet, i-
 Iacobi cōsi- „ ta putamus latinè reddendam: Esseni
 llio Iudaica „ quædā ob- „ autem solent (ait) Deo omnium man-
 feruabant, „ templū adi „ dare prouidentiam; prædicāt animo-
 bat, et col „ rum immortalitatem; iusticiæ aditum
 lettas Iero „ solymā mit „ rati pugnis obseptum; cumq; in tem-
 tebat, et vo „ ta redde- „ plum mittant donaria; sacrificia ta-
 bat. Acto „ rum 21. „ men haudquaquam faciunt freti va-
 Vide Act. „ 21. et cū „ rietate purificationum suarum: quam
 Cerinthia- „ etiam ob rem cum ijs publico, ac com
 us Epiph. „ confer. Hæ- „ muni sit interdictum templo, priua-
 ref. 28. v- „ bi Paulus „ tim interfere rei diuinæ operantur. A-
 templo ex- „ turbatus „ lioquin sanè sunt optimis viri mori-
 ab his capi- „ bus: & penitus agriculturę dediti. Æ-
 tur. Nip- „ tamen ad „ quum verò est admirari hoc in ijs, su-
 Hebreos „ Pythago- „ ræos, seu Reghabitas tandem Pythagoricis imbutos placitis referre malis.

pra omnes, qui iustitiam virtutis sibi „ Dona S. S.
 vendicauerunt: nullis neque Græcis, „ Matt. 18.
 „ sit tibi si- cut ethni-
 neque barbaris existere inferiores; i- „ cus, etc.
 mō neque ad momentum vlo tem- „ „
 pore congregedi cum ijs de antiquo mo „ Memento
 resustinuisse; neq; ob id tamē, quo mi „ 3. milium
 nus in studijs proficerent, fuisse impe- „ baptizato-
 ditos. Bona autem habet communia; „ rū 2. Act.
 neq; quicquā amplius fructus ex pro- „ extr. quib.
 Et hoc prijs redit ad diuitem, quam ad eum, „ omnia di-
 arguit de mo- qui nihil possideat. Ethæc fiunt à vi- „ cütur fuisse
 nachis, ris suprà quater mille numero: qui ne- „ cōmunia;
 et sa- que vxores ducunt, neque seruorum „ interim nō
 cratis tatum quicquam morantur acquisitionem; „ simpliciter
 bæc di- Vide eo quod hoc trahere secum opinetur „ omnium
 cit. apud Nicop. iniustiam; illud verò discordiarum „ Christiano
 libr. 9. ca. 14. occasionem. Ipsi verò secum viuen- „ rum fuisse
 de Pa- tes ad mutuum obsequium, ac ministre „ testatur
 thomij institu- rium sunt promptissimi. Villicos au- „ Petrus A-
 tem pum- tem prouentuum constituunt, & om- „ ctio. 5. Nō
 mis. niū eorū, quæ fert terra; viros bonos fa- „ ne manest
 satoribus. cerdo-

„ cerdotes ad cibi, & alimentorum para-
 „ tū. Viuūt verò haud diuersè, sed simi-
 „ limè ijs, qui in Dacis Plisti nuncupan-
Alteri Iosephi de ijs-
dem Thera
peutis seu Es-
sais testimo-
nium.
 „ tur. Sic Iosephus priore loco; at poste-
 „ riore libri de B. I. 2. cap. 12. prolixissi-
 „ mè de ijsdem differit, quem locum sic
 „ à græco conuertēdum putamus: Ter-
 „ tium philosophiæ genus apud Iudæos,
 „ quod honestatem quoq; videtur exer-
 „ cere, Esseni dicūtur, Iudei quidem ge-
 „ nere, suorum autem etiam cæteris a-
Matth. 19.
qui potest
capere capi-
at &c. Co-
rinth. 7.
 „ mantiores. Hi voluptatē perinde, atq;
 „ vitiositatem abominantur; continen-
 „ tiam verò, & perturbationū cōpres-
En qui gar-
ris prima
monasteria
tantū fuisse
Christianas
Scholas.
 „ sionem virtutem arbitrantur. Et nu-
 „ ptiarum quidem contemptores sunt;
 „ alienos autem liberos suscipiunt; dum
 „ adhuc teneri, flexilesq; ad disciplina-
 „ rum existunt perceptionem, eosque
 „ cognatos censent, & suis moribus
1. Corint. 7.
Hebr. 13. a.
 „ imbutos informant. Neque tamen
 nuptias,

nuptias, & earum fructum posterita- „
 tem sublatum volunt. Vitant autem „ Vel ex sua
cōiectura,
 mulierum lasciuiam, quas nullam cui- „ vel suspicio
nibus vul-
giboc dicit;
 quam soli fidem seruare sibi persua- „ vel certe
id veterū
Essenorum
Pythagori
corum fue
rit.
 dent. Despiciunt autem opes, & ad- „ luntaria.
 mirabilis est apud eos cōmunicatio; „ d'huay
 neq; inuenire est quenquam eorum, „
 qui facultatib. reliquos supereret. Nam „ Votū pau-
pertatis ve
 pro lege est ijs, qui ad hoc se conferū „
 institutum substantiam suam collegio „
 communicare: vt in nemine vel hu- „
 militas paupertatis appareat; vel opu- „
 lentiæ præcellentia animaduertatur; „
 sed cuiusque diuitiæ cū cæterorum o- „
 mnium permistæ sint vna quasi fratrū „
 quorundam substantia. Maculam au- „
 tem arbitrantur oleum: & si quis inui- „
 tus fuerit vñctus corpus abstergit. Si- „
 quidem squalorem honestum ducūt; „
 vt & iugē candidarū vestium usum. „ 47.6.
 Constituti verò cōmunium bonorū „
 M cura-

Xegeo Ton „ curatores singuli ad usus necessarios
toi vide- „ tur esse „ ab omnibus alijs minimè differentes.
Christiam „ *Hoc nō est Sā-
 et ab Ese. „ marita-
 mutuum rū Ef-
 vocabulū „ singulas multi habitandi gratia com-
 quo cleris superior „ migrant, & aliude venientibus ijs, qui
 fuerit ordi- „ initiati fuerint hoc instituto, patent
 nari etiam „ tū dictus. „ haud secus omnia, quā propria: & ad
 Rom. 12. „
 Hebr. 13. „ eos, quos ante non viderint, nō aliter,
 de commu- „ quā ad familiarissimos diuertūt. Quā
 nicatione „ & hospita-
 litate. „ ob rem peregrinātur cæterorum qui
 „ dem nihil secum conferentes: propter
 Vide Insti- „ latrones vero cum armis. Curator au- *fæc-*
 m. 2. Apo- log. Epifc. „ tem hospitū in quaq; ciuitate collegij *peros.*
 dispensato- rem fuisse „ est singularis designatus: qui suppedi-
 oblationū. „ 1. Tim. 6. „ tet vestitum, & cætera, quæ fuerint o-
 Habētes vi- „ pus. Constitutio verò, & habitus cor-
 Etū ex ami- „ poris non dissimilis puerorum est, qui
 tū his con- „ tenti si-
 mus; vide „ cum pædagogorum suorum timore e- *Ephes.*
 Cæcilii in- „ 5. Sub-
 Octau. Mi- „ rudiuntur. Neq; autem vestes: neque *iecti in*
 nutij Feli- „ soleas reddunt: priusquam vel omni- *uicem*
 cis. „ in timo- *re Chri-*
 „ nō lacerentur, vel tempore consum- *sti.*
 mantur*

Neque hoc „ mātūr. Inter se neq; emūt quicquam, „ *Effenis Sā*
Hebr. „ *maritanis*
 13. o- „ neq; vendunt: sed quisq; egenti imper, „ *conuenit.*
 bedite „ *Antelucā*
 præposi- tit, & ab illo, si quo sit opus sibi, reci- „ *ni Christia*
 tis ve- pit; sed & absq; huiusmodi commuta- „ *nōrū hym-
 subiace te ijs. tione haudquaquam ijs prohibita est „ *ni apud Pi-*
tull. Apol. *num Ter*
& Pulon. *tull.*
Therapeu.
2. Theff.
Numē peculiari sunt religione. Ante, „ *3.b.c.*
Qui non le
exortum solē nanq; nihil prorsus eo- „ *borat, non*
rū, quæ à sacris sint aliena, loquuntur. „ *manducet:*
operamini
manib. vt
Verum patrijs quibusdam precibus i- „ *habeatis*
plum prosequūtur perindē; ac si, vt ori, „ *vnde, eorū*
*Intelli- „ *Epi. Mef-*
 ge ex- „ *salian.*
 tra tē- „ *Hære. 8. e.*
 pus iei- „ *Xwjuop*
 unio- „ *f. prædium*
 rum. „ *ribus dimittuntur, & in horam 5. ope,* „ *quia du-*
rati contentē; deinde in vnum reuer- „ *dum agri-*
tuntur locum; accinctique lineis in- „ *cultura dī*
tegumentis ita frigidis aquis corpus, „ *cebantur*
abluunt, & ab hac lustratione in pecu- „ *dediti, sed*
liare quoddam domicilium se recipi- „ *de mona-*
unt, quo penetrare nefas est cunctis, „ *stierijs pro-*
M ij qui „ *priè intel-*
ligitur.
Confer cū
Phil. cena-
tionibus.
*reveros***

Tertullia. „ qui diuersis sint prædicti opinionibus,
 Apolo. de dominicis „ & ipsi quidem puri iam veluti in san-
 ctonijs. „ ctum quoddam templum intrant su-
 editorum. „ um coenaculum; dumq; taciti conse-
 edulij L. „ derūt, pistor quidem ex ordine appo-
 Vall. „ nit panes; cocus verò vas vnum singu-
 lis generis vnius opsonij. Cæterū pri-
 usquam tamē cibum capiant sacerdos
 precatur; & nefas censetur; vt quisquā
 quicquam degustet ante precem pera
 ctā: sed & sumpto rursum prandio pre-
 Nota sa- catur; itaq; & dum incipiūt, & dū desi-
 cerdotes ej se atate „ nunt venerantur Deum tanquam ali-
 Apostoli- ca Christia mentorum præbitorē. Tum veluti sa-
 norum pro prios. „ cris positis vestib. rursum ad opera sua
 vsq; in solem occidentem regrediū-
 tur. Reuersti autem coenāt vnā secum
 accumbentibus hospitibus, si qui forte
 Hæc eadē „ accesserint. Porrò neq; clamor vnquā
 Philo The rapent. „ domum illam, neq; turba vlla inhone
 stat. Copiam aut loquendi ex ordine
 fibi

sibi faciunt in vicē: & ijs, qui foris ver- „ Num tibi
 santur, eorum, qui intus sunt silentiū „ hoc epithetum non in
 quasi quoddā horrendū mysteriū ap- „ gerit suspi-
 paret. Causa verò est perpetua sobrie- „ cionem rei
 tas; quodq; inter eos & cibi, & potus „ diuina?
 administratio intra satietatis cōsistat „ Sic Ter-
 modum. Porrò nihil est in rebus alijs, „ tul. Apol.
 quod haud iussi à curatoribus agant: „ contra gen-
 tantum duo hæc apud ipsos cuiusq; li- „ ter.
 bero permitta sunt arbitrio, subuentio, „
 & cōmiseratio. Iuuare nanq; dignos, „
 sicubi indigeāt ope; etiam suo arbitra- „
 tu possunt, & inedia laborātibus præ- „
 bere, quod edāt. At verò in cognatos „ Ephes. 4.
 quicquam conferre: illicitum censem „ irascimini,
 absq; curatorū permisso. Iræ iusti di- „ & nolite
 spensatores, cupiditatū moderatores, „ peccare.
 fidei vindices, pacis administri; & quic „
 quid ab ijs dictum fuerit firmius est iu- „
 re iurādo. Iurare autem refugiūt; per- „ Matth. 4.
 iurio id rati esse deterius. Iam enim o- „ Jacob. 5. no
 M iij mnniō „ litæ iurare
 omnino.

„ mniō condemnatum adseuerat, cui
 „ citrā diuini nominis contestationem
^{Degener.}
 videtur in „ non habeatur fides. Vehementissimē
^{nuere ety-}
^{mon nomi} „ autem incumbunt veterum scriptis; <sup>Eph. 5.
Col. 3.</sup>
^{nisi Eff. seu}
^{leff. quod} „ maximē tamen iis malū vacare, quæ
^{Joseph. vi-}
^{detur de-}
^{torquere} „ tam corpori, quām animæ salutarem
^{ad corpus.} „ cōtinere doctrinam putent. Vndē ad
^{περπάντης} „ curandum egritudines, & salubres ra-
^{θωμ. Degener.} „ dices, & lapidum proprietates perscu-
^{πέσαγ.}
^{Annus} „ tantur. Candidatis autem disciplinæ
^{probatio-}
^{nis, et quia} „ suæ non statim patet aditus: sed totū
^{devtrusq.}
^{generis do-}
^{gnatis a-}
^{git; cate-}
^{chesis.} „ eundē dolabellam quoq; et cinctoriū
^{Baptismus} „ prædictum, & candidā vestem. Cæte-
^{or tēpus,}
^{atq. obser-}
^{uatiō neo-}
^{phytorum.} „ rū postquā eo tempore specimen edi-
 „ derit suæ continentiæ: accedit quidē
 „ proprius ad conuictum, & puriorum
 „ Iustrationi destinatarū aquarū cōmu-
^{Neophy-}
^{torū cura.}
^{receptio} „ nione potitur; in cōuictū tñ ipsū nec-
^{Vide Cle.} „ dū recipitur. Post enim perseuerantę
^{Alexan-}
^{bistor. de} „ fidem factam: tum aliis quoq; adhuc
^{Ephesio la-}
^{trone.} „ duo-

duobus annis mores explorantur; ac „
^{Forte}
^{etiam} „ si idoneus visus fuerit sic demū ad con- „
^{Votorū wo-}
^{gressus admittitur. Priusquam verò} „
^{nasticorum}
^{mus} „ abrenū communem attingat cibum: horri- „
^{mīcupatio.}
^{tiatio} „ bilia iis præstat sacramenta: primum „
^{Professio.}
^{cū pro-}
^{fessione} „ se Numen piè culturum; deinde cuiq; „
^{Luc. 6.}
^{baptis-}
^{mali} „ etiam mortalium iustè, quod suum fu- „
^{Quod vul-}
^{intelli-}
^{gitor.} „ erit, redditurum; adeoq; neminem „
^{tis vt fa-}
^{ciant robis} „ hoīes, &c;
 voluntate sua læsurum; vt ne ex impe „
^{Rom. 13.}
^{rio quidem;} iniquos porrò semper osu „
^{Rum.}
^{& pro iustis vsq; facturū; fidem} „
^{Omnis ani-}
^{cunctis seruaturū, & præcipue iis, qui} „
^{ma, &c.}
 fint cum potestate quapiam. Nā absq; „
 Dei nutu nulli obtingere credunt im- „
 perium. Et si eum præesse contingat; „
 nequaquā vñquā abusurū potestate; „
 & neq; vestitu, neq; villo singulari cul- „
 tu subditis velle præfulgere; veritatem „
 vbiq; amaturum, & mentientes re- „
^{Correptio}
^{fraterna.}
^{1. Pe. 5.} „ prehensurum; manus prohibiturum „
^{Ephes. 5.}
^{et Job.} „ 3. epist. à furto, & animam ab iniusto lucro „
^{1. Thes. 5.}
^{2. Thes. 3.}
 fer-

ORIG. MONAST.

Memento „ seruaturum puram; & neq; quid celeris in „ turum confortes disciplinæ; neq; aliis sacramen- „ tis celandis „ quicquam eorum indicaturū, etiam si Areopag. „ mortifera admouerentur ipsi tormē E.H. extr. „ ta. Ad hęc iurant se nulli dogmata ali- Gal. 1. ep. ad De- „ cent.ca. 8. „ ter tradituros, quām quisq; acceperit; Iо. 1. Litr- „ giae græca „ vitaturos latrocinia, & custodituros sub corone. „ similiter, & disciplinæ suæ libros, & Excoīco. „ angelorum nomina. Ergo hisce qui- Memēto fe „ dem sacramentis, quos in disciplinam rē vſq; ad „ morte astā „ suam recipiunt, ab omni adserunt su- olī pœiam, „ & ne tunc „ spicione puros securitati suæ: depre- quide inter „ dūreceptos. „ hensos autem in grauibus criminibus Itē Xero- phagie pri „ exterminant ē suo cōetu. Eiectus au- 1.C. 5 et 2.C. 0 sc. „ tem miserabilis frequenter exitu con- Vbi sata- „ sumitur. Etenim sacramentis, & mo- 2. et 1. Ti tur quidā „ ribus constrictus alimēto cæteris mor- tia abso- „ talibus familiari nequit vti: vescens Data recipi inbe- „ autem herbis, inedia tabescente cor- pax in pericu- tur; & ſuf- „ pore occidit. Quapropter nō paucos lo mor- ficerē dici- „ facta fit a „ miferati in extremo constitutos hali- pluribus. „ tu

MATTH. GALEN.

49

tu dignati sunt gratia; graue satis op- „ nati ipsorum supplicium ob admissa, „ quod tantum non mortem intulisset. „ In iudiciis autem ſeueriffimi ſūt, & iu- „ Cypr. in pæ- nitentij prie- „ blicis, et ea- „ rum impo- „ fitione ſem- „ per plebem aduocat. „ rationi autem præcipuè post Deū est, „ Lege 21. act. et con- tra Cerim. calumnias „ ledictis vexet, morte luit poenas. Se- „ hoc præfe- tuliffe pa- „ nioribus verò obedire, & pluribus, in „ tres noſtres videbis. laude ponunt. Quocirca confidenti- „ bus decem: nemo ex iis vnquā loqui „ in animū inducat inuitis nouem. Ca- „ Iudaismus ecclesiārum „ uent prætereā, ne vel in mediū expu- „ Palæſthina ant, vel in dextrum latus, & ne septi- „ rū, et Ieroſo- lymitanæ mis quibusq; diebus opera attingant „ præcipuè. omniū Iudæorū religiosissimè. Nā nō „ alimenta modò ſibi pridie apparant; „ quod ne ignem quidem illo die accē- „ dant: verū etiā neq; vas vllū transfer- „

N re

Forte He- re quoquam audent, neq; deambula-
 bionis, Na- zoriorū, et re. Cæterum diebus aliis foueæ altitu-
 Cerithi hæ- reses ista dinis vnius pedis factæ sarculo (talis
 Christianis affricue- rūt: vel cer- ab iis diximus supra nouitiis) & vesti-
 tæ Rechabi- tæ Pythag- mento vndiq; circumposito, ne Dei
 ricia fatti satois
 Forte samen de Py- contra Romanos gestum est bellū; in
 thago- rāis quo vincit, & distorti, vsti, & cōfracti, Epiphanio
 Hebra is ista tradit. & omnia tormentorū genera perpe-
 si: cogitamen nequierūt; vt vel legif- latorē blasphemis proscinderet cōui-
 tiis; vel insuetis vescerentur; aut aliud quippiam metu ageret, quod nefas fo-
 ret; imò neq; adulari vñquā iis, qui fla- gris ipsos cōciderent, neq; lachryma-
 ri induxerūt in animū, sed in dolorib⁹ subridebat, & tormēta ipsis adhibeti-
 bus dissimulatione delusis læti emitte-
 bāt aias tanq; eas denuò recepturi. Nā inualuit apud eos hec opinio, corpora,
 (vt

(vt mihi videtur) etiam optimum in „ rebus omnibus ordinem. Contemnūt „ Rom. 8.
 autem mala, & cruciatus quidem su- „ perant animositate affectuum; mor- „ tem autem si cū gloria accidat, putant „ immortalitate præstantiorē. Animos „ Sufpicor et istud de Iudaizatibus Cerinthianis dici, si qua fides Epiphonio h̄er. 29. Aff. 7. de calunnia Stephano intentata.

verò eorū in omnibus probauit, quod „ contra Romanos gestum est bellū; in „ quo vincit, & distorti, vsti, & cōfracti, „ & omnia tormentorū genera perpe- „ si: cogitamen nequierūt; vt vel legif- „ latorē blasphemis proscinderet cōui- „ tiis; vel insuetis vescerentur; aut aliud „ quippiam metu ageret, quod nefas fo- „ ret; imò neq; adulari vñquā iis, qui fla- „ gris ipsos cōciderent, neq; lachryma- „ ri induxerūt in animū, sed in dolorib⁹ „ subridebat, & tormēta ipsis adhibeti- „ bus dissimulatione delusis læti emitte- „ bāt aias tanq; eas denuò recepturi. Nā „ inualuit apud eos hec opinio, corpora „ N ij qui-

ORIG. MONAST.

„ quidem esse interitui obnoxia, & ma-
 „ teriam nō esse ipsis perpetuā; animas
 „ verò immortales semper permanere;
 Quorundā
Christiano-
rum theolo-
gorū olim
sententia
iā dānata.
 „ & cōpositas quidem illas ex tenuissi-
 „ mo prodisse æthere; corporibus autē
 „ veluti quibusdam carceribus naturali-
 „ bus illecebris deuocatas esse inclusas.
 „ Postq; aut̄ dimittūtur ex his, quibus in
 „ carcere cōtinētur vinculis: tū veluti à
 „ longa adsertas seruitute; gaudere, &
 Viden^r
binc vt flu-
deat genti-
bus com-
mēdare suā
gentem?
 „ sublimes ferri; & bonas quidē (qua in
 „ re Græcis suffragantur) adfirmāt pro-
 „ meritis vitā degere supra Oceanū, &
 „ locum sortiri, neq; imbribus, neq; ni-
 „ uibus, neq; æstibus infestatum; sed quē
 „ ex Oceano lenis sēper Zephyrus re-
 „ frigeret. Malas verò manere caligi-
 „ nosum, & frigidum adserunt latibulū,
 „ quod interminatis abundet suppliciis.
 Alterū e-
iusdē studij
argumētū.
 „ A qua sentētia mihi neq; Græci vidē-
 „ tur abhorrere; dū fortib⁹ suis, quos he-
 „ roäs, & semideos vocarunt beatorum

MATTH. GALEN.

51

insulas dedicauerunt: prauorū autem „
 animabus in inferno impiorū locum, „
 vbi quosdam etiam puniri fabulantur, „
 Sisyphos; & Tantalos, & Ixionas, & „
 Tityos; primum quidem immortales „
 innuentes esse animas; deinde permul „
 tum quoq; persuasionem hanc factu- „
 ram rati, cum ad virtutis commenda- „
 tionem, tum vitiorū detestationem. „
 Siquidem sperasse videntur fore; vt & „
 boni vitæ euaderent laudabilioris ex- „
 pectatione præmij etiam mortem se- „
 cuturi; improborum verò metu com- „
 primērētur impetus; eo quod, etiamsi „
 in hac vita fortè laterent; post migra- „
 tionem à corpore æternam sint subi- „
 turi vltionē. Atq; hæc est Eessenorum „
 de animo Theologia; qui eos, qui se- „
 mel degustarūt eorum sapientiam, in- „
 eluctabilibus inescant illecebris. Sunt „
 Ro. 8. porrò inter eos qui futurorum profi- „

En virfi-
 dei necessi-
 tate ad bus-
 mana per-
 trahat con-
 filia in gra-
 tiam items
 gentium.
 Notent
 hoc Apo-
 state: &
 enthusiasmus
 mi initia-
 lis apud
 Philonē ve-
 nit in mē-
 tem, nec nō
 impetus pri-
 morum
 Christiano-
 rum apud
 D. Areop.
 E. H. c. 2.

N iij tean-

ORIG. MONAST.

1. Corinth.
 12. 13.
 14. a. Phi-
 lo quoq; id
 de suis The-
 rapensis
 tradidit
 ἀποφθε-
 γεσι.
 teantur prænotionem sacris libris, &
 diuersis iustificationibus, & propheticis
 sententijs innutriti. Rarius autē (si ta-
 men vñquam) in suis prædictionibus
 deprehenduntur errare.

Ergo habet
 mis miscu-
 it res mona-
 sticas cū lai
 ges haud secus, quā priores illi appro-
 cis; et ita
 ditta sunt
 mixtē (vt
 offēdimus)
 trimonio. Nam maximam vitæ par-
 accipienda.
 Hec sem-
 per studio-
 forum con-
 iugij caussi
 non vtātur; & insuper si cuncti eodem
 catio fuit; à
 Iosepho tā-
 men potius
 quā primis
 Christianis
 excogitata
 1. Corinth.
 7. Vir y-
 xorem non
 Cōgressus
 cum vxore
 granida il-
 licitus olim
 uetus.
 Est verò & aliud Eſſenorū genus,
 quod victum quidem, & mores, & le-
 tārū
 ritatis successionem eos, qui coniugio
 non vtātur; & insuper si cuncti eodem
 persuaderentur pacto, citissimē huma-
 num genus vniuersum iri extinctum.
 Vxores triennio toto explorant, quæ
 vbi tertia purgatione approbauerint
 se ad generationem idoneas: tum de-
 dimittat.
 mum ducuntur. Neq; tamen cum gra-
 uidit, & Chri-
 stianū est.
 uidis rem habent: vt ostendat non vo-
 luptatis causa; sed liberorum necessita-
 te

MATTH. GALEN.

58
 teſe nuptijs implicari. Porrò mulie-
 res lauantur integumentis amictæ: v-
 ti & viri perizomatis tecti. Tales sunt
 Balnearis
 honestas, et
 pudor.
 mores huius cœtus.

Hactenus à græco in latinum con-
 uertimus Iosephi de Eſſenis sentētiā
 si non summa elegātia certè fide opti-
 ma, & verbis ad omnium intelligenti-
 am aptissimis. Quanquam ergo non
 videatur historia luce maiore nobis in-
 digere, quā ex superioribus illata iam
 est capitib: attamen ne quicquā ab vi-
 lo defyderari q̄at insuper à nobis; par-
 tim totius huius conuerſionis margi-
 nes verā præſeferent historici anti-
 quissimi mentē; partim his quædā sub-
 iungemus, quibus instructus orthodo-
 xus lector perspicere queat proximē,
 hic esse sermonem de dupliči illo Chri-
 stianorum genere, quorū vnum casti-
 moniā colit sacerdotio, & ordinatio-
 ne

ORIG. MONAST.

ne sacra; vel mysterijs therapeuticis in signitum; alterum nuptijs vtitur nulla peculiari dedicatione post baptismū initiatum. Disertè namq; Essorum duplicitū meminit, qui sola de vſu matrimoniali cōtrouersia dissederint; ad cætera verè (vt ille aiebat) gemelli. Qualis dissensio apparere queat etiam inter clerūm cum Monachis, & plebem orthodoxam: si quis parū atētus, vel peritus rerum nostrarū arbitr̄ rogaretur. Sanè Philo vtrunq; genuis singulari dignatus est libro, & eos, quos Iosephus posteriores fecit; ille priores posuit, fecitq; libri de actiua vita argumentum; vt alterius, quo de prolixè dudum, & sāpē locuti sumus; voluminis materiam cōstituit hīc apud Iosephū Effenos priores, quos ipse Therapeutas, & Hicetas, & fortassis etiam Theoretas nūcupat. Nam in eo libro quem

MATTH. GALEN.

53

qué Basileen. annis ab hinc non ita multis euulgarunt cum micropresbytici titulo, & in quo plurima antiquissima habebantur fragmēta: reperire erat quodam fragmentū libri Philonis de Essēis in Latium translati quōdam, vndē quod dicimus meridiana luce cognoscatur clarius. Adde quod initium libri de Therapeutis hodie inscripti id ipsum primis directionib. cōfirmet euidētissimē, quę sunt Εσσαῖος πρὸς διαλέχθεὶς, &c. id est, Cū de Essēis iā differuerim, qui positā in actione adamarunt, ac persecuti sunt in omnibus vi tam, vel (quod cum minore dicatur inuidia) plurimis sanè partib. excelluerunt: statim & de contéplationē amplexis dum secutus instituti operis, ea, quæ ad rēfacere videntur dicā. Nam cætera in Eusebij, & Nicephori sententia exponēda supra retulimus. Iā ex Epiphanio constat librum de Therapeutis Philonis; de

O Iessēis

Iessēis à Phil. ipso fuisse principio quoq; inscriptum, atq; adeò Iessēos esse eosdē cum Therapeutis; nisi quod illud syrū, hoc grēcū habeat etymō. Neq; sanè offe cit quicquam huic sententiæ, & veritati; quod Epiphanius Iessēos nūcupet, quos græca exemplaria Philonis, & Philonis illud latinū de cōpluriū exemplariū manu scriptorū fide expressum fragmentū prioris adeò libri (nisi antiqua me fallat memoria) Eſſēos quoq; vocitet: nequaq; aut Idēos (quod tñ Tritem. in Philon. vi ta putat) aut Iudeos; vt in Hieronym. Philone visum fuit quibusdā. Nam varietas ista proficitur ex ambiguitate literæ iod apud Hebræos: quę à quibusdā cōſonās, à nō nullis habetur vocalis; & ab horū aliquibus vt (e) ab alijs vt (i) profertur: itē ex eo quod nonnulli hebraicū elemē tum w ſchin pronuntient vt ſigma seu ſ. ſimplex cū adſpiratione germanica, alij

vt

vt duplex ſigma, ſeu latinū ſſ. Nam qui Eſſēos appellant Therapeutas iod vt e legerunt, & ſchin vt ſigma duplex.. Qui verò Iessēos iod pro conſonante habue runt, & vocalem e adiſciendam censuerunt; at ſchin eodem modo, quo priores ſ. duplex putauerunt. Quæ obſeruatio ignorata à quibusdam multas peperit in quorundam cōmentarijs in eptias: quod vno, atq; altero exemplo declaradū eſt; cum vt vitentur à lectore nostro; tum vt quod hic adſerim⁹, fiat probabilius. Ergo à Grēcis tam noui testamenti ſcripto ribus, quā 70. ac patrib. veteribus etiā latinis patrē Dauidis Ieffe ſeu Ieffē, ſeu Iefſai dici nemo ferè ignorat: at eundem in vulgata nūc, ſeu Hieronymiana veteris testam. editione paſſim Iſai appellari eſt notissimū omnib. Quę varietas non eſt putāda binominē facere Patriarchā illū (vt non paucis Hebraici idiomatis rudi-

O ij bus

ORIG. MONAST.

bus est persuasum) sed adscribenda est naturæ, & ambiguitati eorundem elementorum. Nam 70. cum suis iod consonantē fecerunt adiecta e vocali, & schin duplex sigma cōstituerūt; diphthongū aut hebreām (ai) non satis gnari hebraicę lectionis in græcam diphthōgum (eu) cōmutauerunt, quæ cum haud secus, quam (e) vulgo sonet; inde factum est, ut dixerint Iesse; cum 70. scriperint cum Apostolis hebreis genere, & lingua Iessai seu ^{Iesai} voce dissyllaba, non trissyllaba, vt vulgo frequenter hanc diphthongū hebreām solent distrahere in vocales duas distinctas. Hieronymus aut iod idē propura amplexus est vocali, & iota siue (i) latinum sonare iudicauit, & schin literā esse debere simplex s. cum sibilo suo. Posteriorem verò syllabam rectè, & similiter alijs expressit: sed lectores hebraismi exortes eā in duas syllab. & vocales diui-

MATTH. GALEN.

55

diuiserunt; ita vt ex dissyllabo nomine fieret trissyllabum, vti etiam nunc ubiq; audimus sanctum hunc ab indoctis vocari. Idē dicendū foret de nomine prophetæ euāgelici beati Esaiæ, & de 600. aliis; nisi ista huc non pertinerent, & logius nos forent abductura à nostro proposito. Etenim quidā hodie puncta ista rabbinica secuti malunt iod literam primam propheticī nominis consonantem arbitrari, & (e) subiectum subintelligere; quām cum veteribus vocalem (e) esse putare, & adspirationem græcanicam præfixam efferre. Porrò quod Iosephus non Essæos, vel Iessæos, sed potius Essenos nuncupet, quos eosdem intelligi tamen volumus: dupli suspicor factum esse ratione; vel quod nomen quorundam Samaritarum hæreticorum Christo antiquiorum imposuerit scribis, qui tamen & genere, & sententiis à Ther-

O iii. peutis

ORIG. MONAST.

*Samaritana
barefi prima
ordine totius
operis 10.*

*Lib. de B.I.
2. cap. 12.*

peutis toto cœlo dissederunt; si B. credamus Epiphanio. Siquidem hischismati ci fuerūt, perfidi, nulla virtute insignes, & origine Chuthæi. At Esseni prædicantur ab ipso Iosepho Iudæi, & Iudæorum præstantissimi cuiusmodi profectò extiterunt primi illi à Iudaismo ad Christum per gratiam adducti. His accedit ipsummet Iosephum tam in latina Basileen. translatione, quam græco fonte libro antiquitat. decimoquinto, capite de cimotertio, testari apud Iudæos istos dictos esse Essæos: licet ibidem paulò post semel atque iterum Essenos vtrobique appareat nominauisse; vel scribarum incuria, vel certè quod idem vtrunque putaret auctor valere. Quanquam mihi supicari veniat in mentem: callidè primo loco nomen religionis nostræ, hoc est, Essæorum positum à Iosepho; ac deinde cum narret antiquiora, mox quasi idein

Esseno-

MATTH. GALEN.

56

Essenorum vetus subiicere vocabulum, quos satis constabat Iudæos fuisse; eodemq; consilio, & pia cautela (non enim h̄ic errori puto locum) paſſim nomina, & personas confundere, atq; vbiq; adeò locis aliis tantum Essenorū mentionem habere. Atq; hoc adeò non existimo futile videri cuiquam posse: vt penitus persuasum sit mihi cunctos, qui perpendere secum voluerint; pedibus in hanc ituros nobiscū sentētiam. Quin & aliud indidem suggerit Iosephus, quod huc facit non parum: Essenos illos nempe v̄sos genere vitæ Græcis à Pythagora tradito. Id quod & alibi non semel attingit. Nam licet de Essenis ibi loquatur, qui Herode puero viguerint; itaq; Christi ortū præcesserint: hiscētñ verbis Hebr̄eos Pythagoreos se Essenos dicere, et horum nomine res, ac virtutes nostrorum venditare subinde. Etenim Essen.

alicubi

ORIG. MONAST.

Antiquitatum alicubi rationale interpretatur : vnde
*ub. 3. cap. 8.
gr. lat. 11.* eos tanquam maximè rationi consentaneè viuentes Essenos appellatos fuisse li-
ceat coniicere. Quam ob rem illorū potius erunt fortè putanda, quæ minus laudabilia fuerint visa: quām Iudaizantium primorum hæreticorum cōmenta, quæ dudum sunt notata. Nō ignoro interim Suidam Essen regem, propriè apum interpretari. Nisi quod is hos, de quibus nunc disputatur, & ipse Essæos (cum tam verbis ipsius Iosephi eos depingat) tantum nominet, & interpretetur theoreti-*co*s, seu præditos vi contemplandi; & posteros, ac nepotes S. Ionadab fuisse contendat. Quod quoniam nitatur vetu-*sti*ore auctore; mihi necdum liquet: vt-*cunq;* autem sit admodum parum con-*sen*tionis est inter Ionadab placita, et de-*creta* ea, quæ Essenis affingit Iosephus. Quod si autem posteriores seculo ponamus

*Essæi Suidæ
Theoretici.*

Ierem. 35. ca.

MATTH. GALEN.

57

mus in quibusdam à seueritate patrita dis-cessisse: illud equidem malim adserere in ipsorum mores, & opiniones multum Pythagorici fermenti irrepisse; sicuti & in reliquum Iudaismum ex aliis quoque Græcis hæresibus, vt Iosephus pa-*sim* de sua testatur ætate; & horum qualiumcunq; nomine Christiana merita gentibus esse à Iosepho deprædicata. Nam Sozomenus, & Nicephorus non dubitarunt vel ipsum Philonem nuncupare Pythagoricum: ille Ecclesiasticæ historiæ suæ libro primo capit. 12; hic libro octauo capit. 39. Vel si coniectura ista cuiquam minus faciat ad stomachum; fortè non inficiabitur sectatio-*nis*, atque imitationis in disciplinæ cuiuspiam professione vocabula termina-*tionem* hanc (enus) amicius comple-*cti*, & usurpare libentius, ac significan-*tius*, quām (æus) licet frequenter hoc sit

P anti-

ORIG. MONAST.

antiquius, verius, nec minus aptū. Nam Christum à nutricia ciuitate Nazoræum appellatum vulgo, & post eodem nomine primum cunctos Christianos, deinde superstitiones quosdam legis, & euangelij caupones, & permissores; græca exemplaria, & Syra testamenti noui probant; & Diuus Epiphanius Hæresi vltima libri primi extrémi panarij, & rursum fusi us vigesimo nona in Nazoræis plenissimè docet: verum tamen nos latini passim Nazoræorum nomen in Nazarenorum olim admodum trāsformauimus. Cuius rei causam equidem hanc ipsam puto: nimirum quod posterior vocis exitus apertius, & familiarius Christi Nazoræi denotaret sectatores. Nā licet in plerisq; omnib⁹ latinis, & græcis vocibus terminus (anus) & (ista) sit vſitatiōr: attamen in Syris, & Hebræis

MATTH. GALEN.

73

bræis contra (enus) magis videtur antiquitati placuisse. Vnde sunt apud Epiphanium hæretici Gortheni, & Offeni istorum Essenorum Samaritarum symystæ, & foederati cōmuni schismate. Huc adde Philonem initio libri de Therapeutis dudum conuerso, ac proposito; dum se iam historiam Therapeutarum aggressurum post sermonem de Essæis, seu vita actiua expositum ait instituti operis ductum, seu ἀκολούθια τῆς θεραπευτικῆς prosecuturum: perspicuè satis declarare se de eiusdem quidem disciplinæ hominibus scripturum, non nihil tamen inter se discrepantibus vitæ genere. Nam vt cognatæ sunt disputationes, quæ de vitæ generibus ipsis suscipiuntur: nempe eius, quæ in actione, & eius, quæ in contemplatione versatur; ideoque etiam ab externis scriptoribus

P ij . con-

O R I G . M O N A S T .

coniungi solent : ita Philo quoque fecisse se testatur ; dum se in proposito ait oportere pergere ; & de actiuia executum persequi debere de contemplatiua. Quid quod idem illud exordium palam duplices Essæos adsignet : priores de quibus ante egerit , qui vitam actiuam excellentissimè excoluerint , & præstiterint ; alteros , de quibus acturus sit , quos Therapeutas ostendit nuncupatos , & pro idea vitæ in contemplatione positæ se sumpturum adfirmat . Fuit enim studio huic Platonico philosopho : vt non simpliciter præcepta ferret nullius exempli condimento , ac lumine simul admoto ; sed vt monita , ac documenta ex historia religiosa viderentur profluere , non ab ipso configi ; & vt exemplaris , & speculi calcar ad imitationem , & expressionem lectorem incitaret . Quæ cum ita sint de iisdem loqui Philonem ,

&

M A T T H . G A L E N .

59

& Iosephum inter se tamen ritu non nullo , & vnica opinione de cōiugali necessitate discretis , ijsq[ue] Christianis partim clero , & monachis , partim laicis : credo esse satis , superq[ue] dilucidum . Illud tamen his adiecerim , quod & dicta est confirmatur , & lucem illaturū his , quæ sequētur : primum Iosephum in antiquitatibus , vbi vehementer Essenos extollit , Lib. 18. cap. 2. nō meminisse alterius generis , quod rei coniugali daret operā ; & simpliciter affirmare contemni ab illis nuptias ; deinde in belli Iudaici historia nō semel alludere ad nomen græcum vtrunq[ue] , quod Philo inditum illis testatur , & quidē parte illa , qua adhuc de therapeutis , & monachis loquitur tanquam præstantioribus , & ornamento cognominis eius dignioribus , & quibus ad extremum remansit Apostolica impositione , & voluntate . Nam cum Philo libro posterio

Libr. 2. capite
12. gr.

P iiij re

re seu de vita in contemplatione posita aiat Therapeutas preter hoc elogium etiam Hicetas vocatos; dum ita librū inscribendum sibi estratus: Iosephus matutinas Christianorum monachorū preces perstringens, dicit patrijs quibusdam precibus solem videri compellare, & ἀσπερικέται νοτίας αὐτοτάλαι, id est, & perinde agere, ac si vt oriretur sol; supplicarent.

Vbi versus orientem apostolicum pre candi morem attingit, & antelucanos hymnos, ac per uigilia à Philone etiam celebrata; & euidenter ad Hicetarum al ludit epithetum, quod non ignorabat illis attributum; dissimulandum tamen opinabatur sibi magis patrocinandi studio genti suæ, cui vt inuidiosissimæ res nostras, ac virtutes, sedulo adscribit. Sed & paulò post studia Therapeutarū expositurus ibidem; vbi dixisset eos illis maximè incumbere libris, qui non tam

corpo-

corpōri, quam animo conducerent: unde (ait) αὐτοῖς πός δε γαπέων μαθῶν, &c. quæ nos modò sic transtulimus; vnde ad curandum ægritudines; & salubres radices, & lapidum proprietates perscrutātur. Hic Therapeutici instituti nomen ponи in significatione altera duntaxat; & id non temerè: persuasuri sumus nobis; si meminerimus & Philonem medicinæ spiritualis in etymologia constituēda meminisse; & Epiphanium seruatoris nostri nomen Therapeuten quoq;, & λατερόν seu medicum valere in Nazoreis contendere, quo peritiorem exoticarum linguarum, maximè sacrarum nullum in maioribus nostris post Apostolos habemus. Cuius etiam (vt & hoc obiter adjiciam) tanta fuit antiquitatum peritia, & tam curiosa hæreseon inuestigatio: vt nisi Essenos cum Essæis, & Iessæis suis sciuisse eosdem; nequa-

O R I G . M O N A S T .

nequaquā fuerit præteritus in Iudaismiformis, ac differentibus sectis, quas penè verbis ijsdem cum Iosepho initio ancyroti, anacephaleoseos, & postremò panarij descriptsit accuratissimè. Verū his omnibus non grauatum forēt subscripturi (vt puto) eruditī, atq; attenti lectores cuncti: nisi vererentur fortè, nō absque probro Christiani nominis ea attributū iri Christianis monachis, & laicis, quę Iosephus narrat, & sunt partim superstitione, partim falsa, partim etiam ridicula. Id quod tamen neq; ego iuerim inficias: licet vix videatur fieri posse absque lectissimi alioquin testis nostri detrimēto, atq; adeò causæ, quam agimus nunc, incommodo. Quanquā enim Iosephus à Mm. Nn. passim commēdetur à fide, & præsertim in narratione excidij Ierosolymitani: nihilo minus (quod res est dicam) maiorem diligentiam iudicium de rebus

*Euse. li. E.H.
3. c. 9. & N.
ceph. libro 2.
c. 18. & libr.
3. cap. 8.*

M A T T H . G A L E N . 61

rebus quibusdam, atq; adeò fidem cogor in eo defyderare. Non proferā insignia aliquot exempla ex antiquitatibus; licet ad manum sint; quibus apertè cum lege, & sacrī historijs pugnantia eum referre ostendam; quī tamen vbique se adseuerat veritatem oracularem persequi; ne existimationi eius plusquam oportet officiam: tantum illum ipsum testem proferam: Regem Agrippam historijs ex-pugnatæ, ac vastatæ Ierosolymæ perle-ctis ad ipsum rescriptisse; se quædam illi data opportunitate communicaturum, quæ eatenus comperta non habuerit. Ex Hegesippo nihil ad sciscam patroci-nij; nihil de Christi seruatoris tempore; de Cyrenij legatione tempore descrip-tionis, de Iudæ Galilæi, & Theudæ heresibus secus, quām fides euangelica ha-beat, memorię ab eo proditis: ne de laudatissimo historico plus, quā cogat ve-

Q

ritas

*Iib. 1. aduer-sus Appionem
& in præfat.
in lib. antiqu. et
peroratione.*

*Ioseph in vita
sua.*

ORIG. MONAST.

ritas detrahere videar; neue ingratus in optimum testem, tametsi incautorem in dictis quibusdam; appaream caudicuS. Tantum enim verò illud mihi fas adserere existimo: eum in hac Therapeutica, & Christiana historia conieeturis, & humanis iudicijs de rebus sibi ignotis, & solis rumoribus nixis nimium indulsisse. Cum enim ipse met narrat tam arcana, & secreta fuisse eorum, de quibus loquitur, mysteria; ut nemoris quidem periculo potuerit adigi ad illorum enuntiationem; neque fas esse persuasi fuerint, secus, quam accepissent dogmata alijs tradere (ne quis mendacio, aut dissimulationi putet esse locum) imò id vel in primis eierarint initiationis momento; & diris se se, nisi fidem hic liberarent; deuotos esse norint: qui posterimus (obsecro) grauissimum, & eloquentissimum alioquin scriptorem vel à leuita-

MATTH. GALEN.

62

leuitatis nota defendere; vel in horum, quæ tam prolixè, & confidenter commemorat peruenisse certitudinem adstruere. Mihi equidem præter externa officia comperti nihil videtur habuisse Iosephus: cætera vulgaribus rumoribus iactata, aut parum fidelibus testibus comunicata quam fieri ab ipso potuit verisimiliter esse prescripta, & præcipue quæ de conuiuijs arcanis, religione, & dog-
L. 2. de B. L.
cap. 12.

matis non dubitauit referre. Nam licet in prima vita sua adfirmet se adolescentem cum aliarum synagogæ sectarum, tum Essenæ capere voluisse experimentum; atq; adeò singulas peruagatū (quo vtitur nomine) hæreses: attamen quantum addiscere ei licuerit hinc estimetur; quod intra triennium primum Essenos referat tyrones suos, ne ad alimentum quidem commune admisisse; & initio vi- tæ aiat se decimo sexto ætatis anno istud

Q ij egisse

ORIG. MONAST.

egisse, & triennium in disciplina cuiusdam Bani consumpsisse; ac tum 19. anno ætatis in patriam urbem reuersum Remp. capessuisse. Hæc enim si vera sunt: vix singulos visisse Iosephum, & familiariter cum iis congressum fuisse (mysteria sanè prodere nequibant) pallam conuincunt. Audendum autem sibi istud, hoc est, prodendas Essénicas virtutes literis, putauit non omnino malo proposito, licet (pace eius dicatur) ab solito indigno historico: non tamen meratemeritate sua, aut leuitate. Ut enim certius constat ex omnibus eius monumentis, quam ut negari, aut facile dissimulari queat ab eius studiosis, in quibus & ego nomen meum positeor, sed usque adaram modò, dedisse eum unice operam, ut Hebræorum, Iudæorumq; iniustum diuina vltione nomen minus odiosum redderetur gentibus, inter quas de-

gere

MATTH. GALEN.

63

gere necesse habebant, & potissimum Romanis, atq; Græcis, à quamente, & in patriæ pietate neq; Philonem fuisse alienum liquet, & non semel dictum est: ita & in hac historia cum sibi persuaderet (vt clarissimis verbis posteriore loco ipsem et indicat) Iudæorum esse præstantissimos, qui in Christum credidissent cum laicos; tum therapeutas, & monachos; non esse nefas est ratus colore hoc post Philonis similem artē abuti ad tribulum, totiusq; gentis suæ nonnullam commendationem, & ab inuidia, qua premebatur aliquam relevationē. Accedit eodē, quod licet ad extremum Christianū fuisse reprehensiones eius Platonicæ, quarum Ioam. Zonaræ historiæ primæ fragmentum quoddam in nostrā conferuauerunt ætatem: attamen quia, cum illos de bello Iudaico conficeret commentarios, manifestum sit ex ipsis libris

Q. iiiij. iiis,

ORIG. MONAST.

is, necdū fuisse initiatū Christianis sacramentis; itaq; nequiuisse nostra mysteria, ritus, & cæremonias pernouisse, & rite interpretari (vt & de Philone quosdam alibi diximus sentire) propter illam seuerissimam Mm. Nn. celationis arcanorum stipulationem, efflagitacionem, & prouidentiam; tametsi fateare eū videri, & tunc non malè erga nostros homines fuisse affectum; neq; multum abhorruisse à religionis nostræ professione. Nam et illam dissimulare voluisse eū propter gentes, quibus sua scribebat, aut etiam infideles Iudæos : necdum ausim adserere; nec tamen ita sentientiū opinioni minus Iosephi laudifauorabili velim præjudicare. Nobis sanè cognitum tunc Essæorum, vel Essenorum horum nomen, & (quod in vulgi notitiam facile quibat venire) quorundam nuptiarū vius; aliorum verò continentiae profes-

sio

MATTH. GALEN.

64

sio sufficiunt in præfente disputatione; vtq; monasticè intelligatur diuinæ institutionis, & apostolicæ antiquitatis. Præstituto nanq; hoc antidoto notæ primi Christianismi marginalibus annotatiunculis satis indicabuntur: collatio autem reliquorum cum aliorū testimonijs dum adhibitis, & mox præterea adsciscēdis; perse satis in dolem eorum, scopum, & auctoris mētem aperient; & suis locis à nobis deniq; præcipua iterum aduocabuntur. Quapropter hęc hactenus de Iosephi suffragio cognouisse; iudicamus lectori nostro sufficere.

HIC DEMVM OMNIBVS
ISTIS CONSENTANEA NEC
alio detorquenda Dionysij Areopagitæ doctrina, &
apostolica traditio proponitur atque ex-
plicatur;

CAPVT VI.

Cum

ORIG. MONAST.



Vmigitur iam tot lectis testibus monastice vindicasse meritò videatur ab obscuritate his supremis sibi temporibus offusa; & contra omnem nouitiam, atque imperitam vim isto heroico satellitio pulchrè munita, & secura appareat: Dionysium nunc Areopagitam tempus erit ei non tam subsidio iam adhuc, quā ornamēto mittendi; qui de apostolica traditione iam satis adsertum monastices decus magis explanet, quā pleriq; dudum auditorum testimoniū potuerint siue temporum iniuria, & periculis impediti; siue pietate in patriam, & religionem prohibiti; siue deniq; necessaria ipsorum rerū peritia, & exactissima substituti veritate. Quia nanq; Areopagita nō solum notitiam singulorum capitum solidiorem, & certiorem, quam isti alij sibi coæui fuerat consecutus; verum etiam

MATTH. GALEN.

65

etiam in mandatis habuerit; vt illa literis commissa transmitteret ad omnis posteritatis eruditionem, & vtilitatem (sicuti in Areopagiticis nostris demōstrauimus) idcireò mirum habere debet neminem; eum & distinctius, & certius, & magis perspicuè de toto hoc arguento potuisse pronuntiare; & in monumentis suis esse locutum. Priori ergo loco referemus apostolicam seu diuinam institutionem ex Hierarchia eius Ecclesiastica: deinde nonnullis partibus repetitis suffragiis ex antegressis capitibus vel lucis, vel firmitatis quoque (si ita loquendum est) nonnihil adiiciemus. Itaque postquam diuinus hic scriptor cæteras quasi classes quasdam Christianæ plebis enumerasset, & suis designasset elogiiis; & ad postremum eorum meminisset, quos familiariter nuncupat sacros, nullo videlicet crimine notatorum, &

R ad

Apostolica traditio de monastices origine ex Dion. A. reop. li. de E.H. cap. 6 parte 1. et 2. Disce hinc an. monastice sicut Dei ex

ad pœnitentiam illam publicam, velsacerdotali auctoritate, velsua conscientia ad actorum : tandem ad monachos duenit, de quibus hunc ad modum scribit. „ Ordinum autem omnium eorum, qui cōsummantur sacramentis à clero summus est sacer ille, & præclarus monachorum ordo: ut potè non modo omni lustratio- ne expurgatus tota vi, & perfectissima propriarum actionum sanctimonia; ve- rum etiam (quantum ipsifas est rerum diuinarum contemplari) addita mentis sue vicum speculandi, tum communicandi præditus, & sacrorum pontificum summatribus potentis eo prouectus, & diuinis eorum illuminationibus, & pontificalibus traditionibus edoctus spe statos sacrorum initiantorum, quæ quidem ei competunt, ritus, & à sacra eorundem notione quantum fieri potest, in perfectissimam promotus consumma-

summationem. Quamobrem diuini illi nostri duces sacris eos cognominibus sunt dignati; & quidam eos Therapeutas, alij autem Monachos nominarunt; eo quod Deo & purè ministrarent, ac seruirent; & vitam præstarent indiuisimul, & unitam, quæ eos veluti vniret sacris quibusdam complexibus, in rebus diuinis, transformaretq; in dei formem unitatē, & amantem Dei consummationem. Quare & sacra lex perficiendi facultate præditam largita est, iis gratiam: dignataq; est eos quadam, quæ valeret candidatos idoneos consecrare, inuocationis forma non quidem pontificali illa (hæc enim in solis sacratis usurpatur ordinibus) sed sacerdotali, quæq; à sanctis sacerdotibus ratione sacra, & initiationi pontificali secunda peragatur.

R ij

Heus tu, qui monachi nomen approbras cuiquā, aut erubescis: apostolicū, sacram, & gloriosum esse cognomen hinc addisce.

Gratiā con fert suis alumnis monastice.

Nō episcopus, sed sacerdos prius est his iusmysterij minister. Episcopus quasi dicat: sacrificia, quod mox exponit, tamen sit abiquius à sanctis sacerdotiis cor.

O R I G . M O N A S T .

Sacramentum initiationis monachorum.

„Et quidem sacerdos adstat ante diuinū
„altare; dum pro eo, ac decet formulam
„inuocationis, qua monachi initiantur
„pronuntiat: is verò de cuius initiatione
„agatur, & perficiendus sit, stat ponè sa-
„cerdotem, neq; vtroq; neq; altero genu
„flexo, neq; etiā capitifuo impositis diui-
^{Aoyia.} „nitus editis oraculis; sed tantum modò
„adstat sacerdoti, qui decenter super eum
„sacramentalis inuocationis pronuntiat
^{Veta.} „formam. Quafinita sacerdos ad can-
^{Disce vere}
^{Monache}
^{quid tibi sit}
^{præstandū.} „didatum accedens primò ex eo quærit,
„remittatne nuntium diuisis non modò
„vitis, verum etiam mentis figuratio-
^{Regula.} „nibus. Deindè perfectissimam ei ex-
„ponit vitam: contestatus oportere eum
„medium ordinem sanctæ plebis ex-
^{Professio.} „cellere. Hæc verò omnia initiatum
^{διολογίη}
^{σαντ}
^{profidente.} „mox palam recipientem se facturum,
„& insignitum figura signi crucis tondet

trina

M A T T H . G A L E N .

67

trina interim persona diuinæ beatitudi- „
„nis inuocata; & detractis ei vestibus cun „
„Etis, alias ipsum induit, & vnā cum cæte- „
„ris sacris viris, qui adsunt eum deoscula- „
„tus participem facit à summo Numine „
„institutorum sacramentorum. Hacte- „
„nus Dionysius. Nam reliqua, quæ sequū „
„tur, quibusque interpretatur harum cæ- „
„remoniarum significaciones: minus vi- „
„dentur ad præsens facere institutum; &
„inferius paulo loco opportuniore, quod
„satis erit, ex illis decerpemus. Itaq; nunc
„sequitur; vt quemadmodum suprà ety- „
„mologiæ Areopagiticæ, origini, & qui- „
„busdam alijs rebus ad monastices glori- „
„am pertinentibus quam plurimos adsci- „
„uiimus suffragatores contra nouatorum
istorum inscitiam: sic deinceps nonnulli
maximi momenti huius capitis Areo- „
pagitæ partibus ex nuper ordinelongo
productis testibus gratiæ, securitatisque

R iij pau-

*Mutatio
habitus.*

ORIG. MONAST.

paululum insuper conciliemus. Nam ipse auctor fide non eget: ritè & ab alijs olim; & à nobis quoque ad postremum non ita pridem dignitati suæ restitutus.

Monachos esse tota plebe reliqua prestatio res ex alijs quā Areop. probatur.

Primum igitur quod Areopagita monachos cleri omnis exortes Apostolica contendat institutione vniuersam di-

gnitate vincere plebem, cui plurimum adulantur recentes impostores; monastices coniurati hostes: videtur de aliorum illorum iudicium aliàs adhibitorum concordibus adserendum calculis. Et quidem quia Flavius Iosephus proximè sententiam dixit superius: libet ab illo primum expetere fauorabi-

Ex Iosepho. Antiq. li. 18. cap. 2.

le iudiciū. Nā priore loco eorū, quos allegauimus, cum de patrijs institutis sermonem institueret: monachos, & continentes duntaxat celebrat; coniugum nulla subducta ratione. Quo loco non modo illos mortalium optimos pronuntiat:

MATTH. GALEN.

68

tiat: verum etiam inter eos, qui iustitiae laudem sibi arrogauerint; non esse ullos, qui cum ijs conferri possint, affirmat disertè. Iam altero capite item proposito supra facit quidem nuptiarum studiosorum Eessenorum mentionem; sed sub finem, & ubi alteros prolixè celebrauisset. Etenim præter ea, quæ exigere eorum (vt modò loquimur) professionem commemorat; & vix præstari videntur ab homine posse: maiorem religionem in ijs, quam in ullis Iudæis alijs agnoscit. Non est necesse verba nuper allata, ac proposita repertere iterum superuacaneè; neque officere censendum est, illum pro sua incertitudine virtutes has nonnihil superstitione, quam Iudaizantium hæreses Christianis affricabant, quod Christiani vellet dici & ipsi deformare: quandoquidē id cæteri facile diluant, & reliqua etiam ipsius

*Libr. de B.I.
cap. 12.*

ORIG. MONAST.

ipsiusmet narratio. Quapropter quæ de inæqualitate quadruplici refert, & inter se distinctione pro téporis exercitatio- nis longitudine, & incremento virtutū: profectò si sanè, & verè accipientur, incomparabilem istorum sanctimoniam arguunt. Quid multis Pharisæi, & Scri- bæ pleriq; erant præstantissimi; vsq; adeò vt Paulus lectissimā, ac probatissimā He
 Ag. 23.26. braicæ religionis sectam eorum ipse ad-
 & ad Phil. 3. firmauerit, & se eius alumnū dictau-
 rit: attamen Iosephus, qui ad extremum
 sectatus fuit Pharisæos, hoc loco senten-
 tiam ferens modis omnibus præstare cæ-
 teris institutis Effenos pronuntiat; vt
 vel hinc intelligamus Paulum huiusmo-
 di Iudaicam sectam nullam agnouisse; et
 Iosephum Hebreos Christianos, & præ-
 cipuè monachos pia quadam calliditate
 synagogæ, vnde illi erāt orti; cum essent
 natione (vt ait) & genere ludæi; admi-
 scuisse

MATTH. GALEN.

69

scuisse; itaq; meritò ab eo cunctis Iudai-
 cis hæresibus prælatos fuisse. De charita-
 te igitur mutua eorum, & ergà alios quo-
 que tanta; vt cognatos arbitraré tur, eo-
 rum filios adoptaré, doceré pietatem,
 & literas vtrasq; sobrietate, abstinentia,
 constantia, fortitudine, obedientia sin-
 gulari, & quæ præterea speciatim refert
 eorum præconia Iosephus: nimis verbo-
 sum foret non nihil duntaxat velle deli-
 bare. Porrò Hermias Sozomenus, &
 Xantopulus Nicephorus non tantum
 præferunt simpliciter Christiano vul-
 go: quod aduersarij haud secus, quā con-
 tumeliam exaggerant, & damnant; an-
 gelicum vitę genus monasticen, ac phi-
 losophiam hanc (quam libenter appel-
 lāt) nominant, & esse demonstrāt. Nā li-
 cet in Anachorefin (vt nuper monuim')
 subinde dilabantur: attamen cum laudes
 has tributas velint Therapeutis, & eo-
 rum

*Ex Sozom. ex
Niceph.
Sozol. E.P.
1. cap. 12. Ni-
ceph. lib. 8. ca-
pite 39.*

ORIG. MONAST.

rum successoribus à Philone collaudatis; quos esse nostros monachos propriè dudum ostendimus; patet easdem non *Lib. E. H. ca. 16. Niceph. 28. Euseb. libr. 28 cap. 17.* immeritò ad hos transferri. Etenim & alio in loco Nicephorus post Eusebium nihil ad commendationem Therapeutarum fecit reliquum: dum ex Philonis sententia monastices enarrat primæua encomia. Primum enim dum Philonem institutum monasticū perfectum nuncupauisse bonum contendunt, cuius orbis vniuersus debuerit euadere particeps: quid amplius dici à quoquam potuit? Deinde quando paulò post optimum quenque ad Therapeutas se vndique conferre correptum veluti enthusiasmo quodam ait: nonnè præstantiam summam declarat eorum, ad quos etiam spectatissimè virtutis mortales cōfluere narrat; animo plus adhuc eorum exemplo, ac magisterio proficiendi.

Nam

MATTH. GALEN: 70

Nam mox post ista commemorata addit iam receptos à Therapeutis: in monasterijs vitæ perfectæ mysterijs initiari. De Epiphanio quid dicā suprà quoque teste adducto: non dubitat is Philonem ex eo, quod Therapeutarum intra uerit monasteria, adfirmare vehementer adiutum, & vtilitatem cepisse non mediocrem; quippe qua sit ad libri de Iesæis conscriptionem adductus. Enim uerò cum totum Philonis volumen nō sit nisi vnicum, & perpetuum Therapeutarum encomion: nominandum modò videtur potius, quam quippiam singulare indè decerpendum. Siquidem post Epiphanium Hieronymus eum in nostrorum dicit laude versari. Exordium solum sufficerit, quocum prius cæteris Iessæis seu Essæis prætulisset Therapeutas, seu monachos tantum, quanto actiua vita posterior

Sij est

*Ex Epiphano.
Epiph. Nazo-
reis Heres.
29.*

*Hieron. de Ee-
cles. Scriptor.
Philonæ.*

*Paraphrasis
exordij Philo-
nis encomiasti-
ci, ac vehemen-
ter demonstra-
tui Therapeu-
tarum.*

est contemplativa : negat se quicquam pro laude his affictum; quod eorum esse ait, qui copia rerum laudabilium destituantur, sed nudam expositum veritatem ; quādoquidem illi eius sint virtutis; vt ea meritò contenti sint; vtq; profiteatur alioquin summam eloquentiam suam nihil honoris ijs addere valere; & oportere se tenere silentium; si par eorum mai estati requireretur oratio : adlaboraturum nihilominus pro virili, & enixurum; vt pro eo, ac deceat heroēs illi co honestentur, edicat; cum in ijs nomē suum cupiat numeratum, qui nullum bonum arbitrentur inglorio premendum silentio. Ac deinde etymis continenter subiectis sic rem habere se, quē ad modū adfirmasset, ostēdit. Hoc autē tāti viri, & incōparabilis præconis testimonio; qd magnificētius optari, cogitariue à quoq valeat: Laudarat enim Philo priore ope ris

ris eius parte Essæos, seu Christianam plebē vniuersam, & pro idea, atq; effigie insigni actionis præfixerat suis lectoribus; neq; videtur ea in re multum laboruisse, & sibi etiam facile satisfecisse: at progressus ad contemplatores, et Therapeutas; ibi demum diuinam suam eloquentiā, & doctrinam succumbere oneri, & nihil posse statim in ingressu, & quasi limine ipso profitetur; tentaturū nihilominus rem, quod decus, & meritū illorum non patiatur virtutes eorum in uolui vlo silentio. Quare inuidiosū hoc Dion. Areopagitæ caput non malè his adserum, comprobatumq; existimo : de altero autem illo non nihil addendū: nempe quod ibidem, & epistola ad Demophilum penē tota clero inferiores faciat ex apostolica traditione Therapeutas; quos iterum infinito laicis adseuerat ibidem superiores. Est nanq; admodum S iii mihi

*Monachos Cle
ro esse inferio
res; vt plebe
superiores.
Epistola ad
Demoph. ordi
ne 8.*

ORIG. MONAST.

mihi probabile Euágelicos, hoc est, monastices inimicos depulso iam de formula extollendæ contrà illius dignitatem plebis: non secus quām pro aris, & focis depugnaturos pro gloriæ cleri depressione, & sacratorum omnium in ordinem (quod dici solet) redactione. Quapropter quid testes isti, vt seculo, ita & fide primi de hac comissione sentiant: breuiter videamus. Et quidem Iosephus agnoscit sacerdotes quosdam suorū Esse norum, qui priuata illis facerent sacra; præirent precibus, & ante cibum; & cibo iam sumpto tam vesperi, quām meridiæ, denotat senes quosdam, quibus obendre primæ existimatū fuerit virtutis; principes, ac rectores quoq; & his qui parent recenset; habet & iudices plures; denique curatores, ac dispēlatores communium bonorum non semel inculcat. His autem nominibus licet negare non ausim

*Ex Iosepho de
Clericis prestantia.*

MATTH. GALEN.

72

ausim eum inuoluisse quoq; Episcopos, sacerdotes, diaconos, & cæteros clericos, & ecclesiarum quarumlibet ministros (vt post Eusebium Epiphanius, & Nicephorus tradunt; & nos alibi confessi simus Iosephum hæc confundere cum rebus therapeutarum propriis) at-tamen cū in coenobiis nunquam sacerdos defuerit cū diaconis, & ex Philone id historiam therapeuticam habere sit notissimum, & iis vel episcopum, vel alterum presbyterum præfuisse; non possum hactenus aliter sacerdotes Es-senorū interpretari; & cum horum fuerit ecclesiarum thesauros custodi-re; nisi curatores, ac dispensatores eorundem dicantur diaconi fuisse, quibus mensæ iam erant commissæ, & reliqua dispensatio concredita; illos quoque istorum nomine censeo intelligen-dos. Horum autem eorundem pro-prium

*Euseb. E.H.
lib. 2. cap. 1.
Niceph. lib. E.
H. 2. c. 16.
Epiph. Nazor.
bar. 29.*

O R I G . M O N A S T .

prium fuisse iudicium, & exterminatio-
nem è cōmunione, & cōetu; necnon &
receptionem, & primam initiationem,
deniq; penes hos primariū fuisse impe-
rium: tametsi arbitros, & assessores mo-
re prisco, & ponderis ergò admitterent;
mihi penitus persuadeo. Certè apertius
Ex Philone. Philo cū de monachis posteriore libro
potissimum, & penè tantum loquatur :
quendam *τρεσεύτατην* refert præfuisse, quē
etiam *τρέσοδομ, τρέπχον, & ἀγριόνα* vocat ; addit
ei necessarios diaconos, et *τριφυλιεύτας*, quo-
rum illo Eusebius episcopatum, his cæ-
teros ordines, & maximè diaconos pu-
tat comprehensos, quem sequitur Nice-
phorus. Et videtur quidem ille velle de
ecclesiis singulis, fortassis à monasteriis
etiam diuersis illa dicta; ideoq; episco-
patus meminit: verum (pace eruditissi-
mi viri liceat dicere) si retineamus di-
stinctionem operis, & proprium scopū
libri

*E.H.lib. 2.
cap. 17.
E.H.lib. 2.
cap. 16.*

M A T T H . G A L E N .

73

libri alterius de vita in contemplatione
posita inscripti, vndè etiam pleraq; de-
cerpta citat illic Eusebius cū Nicepho-
ro; necessum fuerit confiteri; illa non
pertinere ad alias, quām monasticas ec-
clesias, & earum gubernatores, siue illi
interdum episcopi etiam extiterint; siue
presbyteri tantum, siue etiam laici, ac
mysteriis therapeuticis solum modò or-
nati; ita tamen, vt presbyter alius cū mi-
nistris nusquam defuisse cōcedatur. Nā
ecclesiam suam nomen tueri non posse,
vbi neq; episcopus adsit, neq; presbyter
cum diaconis; pulchrè docet Aērio E-
piphanius: & exempla cuiusq; triū isto-
rum generis sunt in Lausiaca Palladij, &
religiosa Theodoreti historia; iuuat
quoque nonnihil necessitatem presby-
terij epistola illa Epiphanio auctori, &
Hieronymo interpreti hactenus tribu-
ta, & ad Ioan. Ierosolymitanum scripta.

T Hisce

*Hæref. 57.
Aerianorum.*

ORIG. MONAST.

Hisce autem omnibus lucem, & fidē adulterit non mediocrem in monasticorū mysteriorum expositione ab Areopagi tasolius sacerdotis diserta habita mētio; & initio theoriæ, seu mysteriorū interpretationis obseruata adsertio: monachum non pontificali, sed sacerdotali duntaxat inuocatione consecrari. Nam cum etiam nunc suum cuiq; cœnobio alioquin laico esse videamus presbyterū, qui mysteria obeat, & priuatam curam initiatorum ijs gerat: profectò Dionysium de proprio huiusmodi sacerdote intelligemus rectè; & alios ad eundem modum interpretabimur. Præsertim si B. Maximum in græcanicis ad Ecc. Hier. Areopagitæ scholijs suis (ita nanq; eum nominat constanter Cardinalis Beſſarion) meminerimus adferere monastica mysteria non ab Episcopo; sed solo sacerdote ex traditionis apostolicæ præscri-
pto

MATTH. GALEN.

74

pto, & Dionysij sentētia perfici. Quan-
quā sacrarū virginū initiationem, & ve-
lationem tanquā gloriosiorem post ali-
cubi sibi vendicauisse cernamus episco-
pos. Verū de his pro tempore hoc satis.
Nā sunt quidem reliqua nonnulla, quæ
etī maiore egeāt adſtipulatione huius-
modi: sed opportunius iis à nobis subue-
nietur; cū ex professo de iis differetur; et
quæſtionum series nos eo deduxerit.

DESCRIP TIO, ATQVE ELO- GIVM N O N N V L L V M S A-

croſancæ Monastices.

CAP. VII.



Æterum licet iam non in-
tempeſtiuè queamus videri
hic canturi receptui, qui vt-
cūq; professioni tituli huius
cōmentationis fecerimus satis; ac demō
ſtrauimus apostolicā monastices origi-
nem: attamē quid in reliquis, quæ restat

T ij insu-

Carth. can. 11.
Burch. lib. 8.
c. 23. & Rotomag. cō. can.
9. Burch. lib.
8. cap. 33.

insuper quæstionibus nōnulla obseruasse nobis videmur, quæ quosdam latent, & non paucis haud temerè occurrant; idcirkò grauenon erit, & alias aliquot ex magis necessariis præterea attingere quæstiones. Et primum quidem quia admodum procul iam à regia (quod dicitur) via sumus digressi; volentes in primis constitutam præstantissimæ huius rei cùm institutionem, tum nobilitatem: idcirkò ante omnia ad monastices contemplandam indolem, & nativam pulchritudinem nos oportebit deuenire. Etsi nanque tam prolixa grauissimorum scriptorum, & lectissimorum monastices præconū citatio, et diuinæ institutionis, et cohonestationis demonstratio nō potuerit nō vtrunc dare effectum, hoc est, et præcellentiam illustrare, et antiquitatem conuincere; eodemque non vnum ex securis sit factu-

facturum caput, quando de finibus, & rebus effectis, atque alijs quibusdam erit differendum: hoc tamen etiam loco vindicatur sparsim dicta, & dicenda velut in tabellam redigenda; vt & facilè, & citò etiam tardiores, & alioquin haud animaduersuri pulcherrimam monastices formam contueantur, & laudare vsq; cogantur. Itaq; si antiquitas commendationem addit rebus: quid comparari valebit cum diuina, apostolicaq; monastice. Si auctorū, institutorum, promulgatorum, & laudatorum deniq; rerum, vel multitudo, vel maiestas, ac numen extollere putatur singulariter eas: defanctorum patrum turba eloquentissima, et sanctissima dicam nihil; nihil de palmarijs illis, quos suprà aduocauimus, replicabo vindicibus, & Monastices patronis: de Apostolis solis nō tacebo; de Christo vno testificabor. Iam enim ab Apo-

T iij stolis

stolis monasticen orbi commendatam,
& vbiq; gentium satam, ac plantatam:
stipes est, qui supinus adhuc ambigat.
Atqui qui Apostolos ignoret omnia sua
à Spiritu sancto habuisse suggesta, qui il-
los debebat omnem docere veritatem:
euāgelicas ne audisse quidem vnquam
appareat promissiones. Quapropter vt
verba illorum verba erant Dei, non hu-
1. Theff. 2. c.
mana Paulo alicubi teste: ita promulga-
tiones, atque instituta diuina erant, ac
sunt, non mortalia. Quapropter hoc
genus philosophiæ, quo nihil certius es-
se ipsorum constat: consequitur Chri-
sti esse mandatum, non hominis cu-
iuspam inuentum. Omitto Areopa-
E. H. cap. 6.
3. parte.
gitam supra tradidisse *τερπανθεσιαν* con-
tulisse *τελεσινω* seu consummandi homi-
nis facultate præditam gratiam mo-
nasticæ, & simul efficacem ad con-
secrandum suum candidatum inuoca-
tio-

tionem. Et de duobus alijs quidem v-
berius suo tempore : quid *θεομοθεσια* sit
hoc loco est discutiendum. Ne autem
longior de vocis vsu, atque ambiguita-
te nobis enascatur contentio : non dis-
simulabo Epiphanium meum passim ad
Hæref. 57.
Aer. et Cha-
raft. E. Cath.
traditionem vocem istam referre. Cui
Eusebius Cæsariensis libro primo capi-
te octauo demonstrat. Euangelicæ suf-
fragatur; itaque si traditio diuinitus mo-
nasticæ tributam gratiam, quam ad cer-
tam conferat alumnis suis formam te-
stetur : quid monastice generosius fin-
gemus, cui Deus ipse, & Optimus, &
Maximus stirps prima, Apostolica
promulgatio proxima esse credatur?
Quapropter non opinor nobis hic ver-
bosè, & anxiè laborandum esse : vt
vocem Dionysij *τελεσινω θεομοθεσιαν* de lo-
co aliquo testamenti noui, aut e-
tiam veteris, aut denique vtriusque
intelli-

intelligendā conuincamus; cum Diony-
sio auctore, & arbitra orthodoxia viuæ
vocis oracula veluti per manus ad poste-
ros transmissa etiam parentis similiora,
& stēmatis sui minus videantur oblita.
Iam de honestate, ac pulchritudine non
nisi superuacaneè ponatur à quoquam
quæstio. Nam proximè superiore capi-
te, qua parte monasticē cum laicis com-
misimus ordinibus: hanc eius laudē non
omniō præteruecti sumus oratione no-
stra. Illud addiderim hoc loco Macariū
Areopagitam (hoc enim prænomen ē-
ius fuisse vult noster Hildiuinus) nō cō-
tentum laudibus propè singularibus mo-
nastices in prothesi, & prima parte capi-
tis sexti expositis, in Theoria, seu tertia
eiusdem capitum parte iterum, atq; iterū
repetere monasticen non esse medium
ordinem, ac laicum, sed sublimiorem
monachum, ac comitem cleri, ad eius tanquā
maxi-

Lib. de E. H.

maximiè cognati, & omnium proximi-
fibi debere eniti perfectionem, & vltro,
libenterq; conari adscēdere. Tribuit sin-
gularem non propriorum sibi modò, ve-
rum etiam communium sacrorū, ac my-
steriorum cōtemplationem, notionem,
& communionem. Nam monasticen
haud aliter iuuare suos cultores in repor-
tandis fructibus vberioribus ex Eucha-
ristia, alijsq; sacramentis, quā laici queāt
capere etiam eadem prædicti religione,
ac pietate; atque ordines sacros suos can-
didatos, diuinus ille theologus adseuer-
rat. De vtilitate reliqua, quam ex ea ca-
piant sancti alumni, posterius paulo re-
ctius prosequemur: de nativis eius orna-
mentis paululum hīc apponamus. Pri-
mūm (vti iā monui) τὰ ιερὰ seu sacra quæ-
dam, & ἱερὰς τελετὰς, id est, sacra initiamen-
ta illis semel, atq; iterum attribuit, quæ
mysteria interim vocat monastica, seu

^{Τὰ ιερά}
^{Monastica Sa}
^{cramenta non}
^{secus, quā alia}
^{iuuāt ijs præ-}
^{ditos in maio-}
^{ris gratiæ per}
^{ceptione.}

ORIG. MONAST.

τελεωσεως μοναχικης, id est, perfectionis seu initiationis monachicæ, Philosophiā quoque perfectissimam nuncupat; adfirat ritè initiatos euehi ad illā *τελεωτάτην τελέωσην*, seu perfectissimam perfectionem cum in alijs; tum in diuinarum rerum intelligentia, ac scientia positam, quam perfectionem ibidem summam cum Deo si militudinem, ad eamq; perduci monachos suis adiutos sacris adserit. Adde quod idem scriptor hoc sacratissimū monastices institutum, & id complexos laudatissimo nomine *τηρησαντων αινενεργησιας*, hoc est, sacri, præclarique ordinis, & ab exornando nomen hoc sortiti insigniat; quo alias beatissimas illas mentes duntaxat, & earum sanctitudinis æmulos cleri cos dignatur. Quid dicam omnem eundem puritatem monasticæ adscribere: & eā perfectissima (quod caput est) suarum

MATTH. GALEN.

78

rū actionum sanctitate, id est, *παντελῆ τῶν ἐπικέιμενων γνώσην* cōparatam: Mitto igitur crucis impressum monacho in consecratione signum interprete Areopagita velle: eum ab omni concupiscentia vacuum debere existere σφραγίς (ait) τὸ σωρόνδος τύπος οὐλοῖ τὴν πασῶν διατήσαται στρεψιῶν δρέξεων αἰνενεργησιας: quibus verbis quid significantius fingi queat, viderint hæreticæ impuritatis adsertores, & menstruarum pāniculorum iactatores, & commentatores. Ad postremum (quia hæc eadem alibi erunt replicanda) quanta est bone Deus mysterij monastici cum septem illis mysterijs seu sacramentis, labris illis capacissimis, & perennibus fontis viuificæ crucis similitudo, atque affinitas? Non enim tantum commune cum ijs habet nomen tā mysterij, & sacre *τελετῆς*, quā sacrorū siue *τηρησης*: verū etiā alia quā plurima. Nā

V ij Areo-

ORIG. MONAST.

Areopagita, & ἀφερωτικά επίκλησι, hoc est, invocationem singularem, quam formam consecrationis vocat latinum vulgus, Deū ait instituisse, & ei adsignasse; & gratiam, quam valeret conferre, efficacitate perficiendi initandum præditā; & deniq; beatissimæ trinitatis nomē acclamatum (vt in aliorū sacramentorum formis catholicus mos vt fiat, habet) crucis accessisse postremò signum testatur. Quid queras amplius? Quis dubitet iam his ita constitutis adfirmare; placuisse diuinæ benignitati: vt monastice, seu illius initamentum tam propè ad efficaciam septem illorum præstantissimorum sacramentorum Ecclesiæ catholicae accederet; quām ipsa propinqua esset ordinibus sacrīs, & Monachi veri veris clericis? Tria nanque illa, quæ præcipua censemus post diuinam institutionem, quam communem quoq; esse iam docui-

MATTH. GALEN.

79

docuimus Sacramētis septem, & initamento monastico: tametsi non eadem, tametsi non æquè efficacia; vtrobiq; tamē reperiri diuinitus instituta, & hic efficaciora, quām in quibuslibet benedictionibus, aut cōsecrationibus aliis, Dionysius ex apostolica doctrina tradit. Verum quia nō dubito quin hæc oratio mea sit expertura calumniatores ex infinitis, & summis instituti Christi zoilis, qui quasi veritas cum veritate, & gloria suminorum cum mediocrum laude pugnaret in catholica ecclesia, sacramentorum venerationes sūt abusuri ad sacro-sanctæ monastices contumeliam, & iniuriā; & peruersissimo hoc zelo impulsi pessimis modis accepturi apostolicū virū, et si fieri possit, exhibilatur ea illius monumēta: idcirco ex coœuis illis historiis, & diuinæ huius philosophiæ causidicis (si liceat ita loqui) nō nihil suffragij,

V iii ac

ORIG. MONAST.

ac defensionis est nobis mutuādū. Itaq;
Ex Philone. Philo executus primū illū instinctum,
quo Therapia monastica suos traheret;
renuntiationem, rerumq; omniū totius
mundi desertionem, vilitatē deniq; pri-
uatarum eorum domuncularū, & nihil-

Philo. exempl. ominus latissimè diffusam habitationē
hodie habent *εγένετο δὲ ἐστιν (ait) δίκαιος θεόν, ὃ καλῶται σεμνῶς, οὐδὲ μονα-
χούς, οὐδὲ φιλοσόφους τὰ τῷ σεμνῷ Βίον μυστικα τελοῦντας,*
εποίει πάντας μονάρχαντας, οὐδὲ μοναχούς, οὐδὲ φιλοσόφους τὰ τῷ σεμνῷ Βίον μυστικα τελοῦντας,
quemque sit re- hoc est, & correctore, & interprete Eu-
ferendum. *V. e* sebio: in quaq; regione est sacrum domi-
stophorus *ονομάζεται Σεμνίων*, & mo-
admodum de-
prauatam esse nasterium, in quo soli secum manentes
παριστάσεις είναι nasterium, in quo soli secum manentes
tationem often-
venerandæ illius vitæ mysterijs seu Sa-
dit pridè: *Et*
Euseb. se fæ- cramētis initiantur seu perficiuntur. Li-
mininē legisse,
εταντηνεις επιτελισse, hoc cet autem Eusebius videri posse intelligi-
επιτελισse, hoc retulisse, hoc
est, regionem gere ea de ecclesijs singularibus, in quas
pala declarat. Christiana plebs promiscua tunc conue-
nerit: attamē præter ea, quibus aliud vel-
le Philonem alibi sumus argumentati;
nunc hoc quoq; addimus duplex nomē
non temere propositū Semnion, & mo-
naste-

MATTH. GALEN.

80

nasterium; sed vel vt monastica orato-
ria intellig eremus notata; vel semniis
singulis monasteria contigua fuisse, quæ
ita non malè vtrunque nomen habue-
rint vti passim etiam nunc in antiquis
cernimus cœnobii cōtigua ædificia; &
rusticā, paganāq; plebē eodē confluere.
Quod si ita sit mysteria venerandæ, san-
cteq; vite nō erūt priuata cuiusq; studia,
quæ ἀσκήσεις, & φιλοσοφίαν nominat, & his ex-
positis notabili transitu facto recēset po-
steà: sed initia monastica, sacrifi-
cia, & cōmunia ceteris quoq; christianis
sacramēta, & maximè cōmunio; homi-
lia, psalmodia sacra, et alię Dei laudes ma-
tutinæ, vespertinæ, ac nocturnæ. Nā de
his oībus differit sigillatim. Quin etsi ab
Eusebij intelligentia libeat discedere, &
meditationes, ac cōmentationes thera-
peuticas noīe mysteriorū illorū accipi-
endas cōtendas: solas eas, & non simul
saltem

ORIG. MONAST.

saltē initiamēta, et cōfecratiōnes primas
tyronum illis verbis esse designatas nū-
quam obtinueris; & perquām signifi-
cantium dictionum obstabit præiudici-
um. Nam collationem cum clariore hi-
storia Areopagitæ nunc prætermittim-
us: quia iam cū hostibus eius nos agere
putamus. Adhæc si ad Iosephi calculum
fauorabilem, & candidissimum quoq;
sit deueniendum: veniant lectori no-
stro in mentem primum vnu ille locus,
peculiare domiciliū, & cœnaculum, ad
quod loti omnes lineis vestibus induiti
coiuerint Eſſeni, consecratio panum, ad
quorum subministratiōnem sacerdotes
dicantur constituti, atq; electi, ac men-
ſæ, deniq; silentium accumbentium, &
vox (horrendum mysterium) quod ap-
pareat iis, qui foris versentur. Deinde
reuocari debent quoq; in memoriā pro-
bationis candidatorum anni aliquot,
aquæ

Ex Iosepho.

M A T T H. G A L E N. 8.

aquæ illæ lustrales post annū primū cō-
cessæ, negatū nescio quod, si nō tremē-
dorū mysteriorū, ac cœnæ dominicæ ali-
mentū. Ad postremū cū Iosephus cane
peius, & angue iuramentum om̄ne eos
narret execratos; & simplex quodlibet
dictum voluisse haberi pro sacramento;
deniq; cū iā perfidiæ conuictū iis visum;
cui iniurato vnquam abrogaretur fides:
nihilominus vt cōstet omnibus de renū-
tiatione, & professione agi, quæ duo Phi-
lo potissimum mysteriorum venerandę
vite cōplexus est, Dionysius apertis illis
verbis, aut certè suis his græcis idem va-
lentibus, ac sonantibus ἀποταγὴ καὶ δυολογία;
disertè monet antequā ad cōmune illud
alimentum, & intimum congressum ty-
rones admitterētur; oportuisse eos hor-
rore plenis iuramenti iurare ea, quæ
prolixè ibidem enumerat, & suprà con-
uerſa retulimus, religiosissimè obſerua-

X turos.

turos. Scilicet in execrantium omne ius iurandum sectam, ac collegium coöptari nō debebant: nisi per horrenda iuramenta à candidatis extorta; nisi figura ta, quę diximus, accipiamus potius sacramēta. Verum his inter se ab incorrupto, & nullo errore, atq; affectionis vitiosæ impotentia anticipato iudicio collatis non dubito factum iri dictis nostris fidem: quarè hoc tantum adiecerim dictis obseruādum quoque esse Iosephum testari: admodum diu competitores Essenici instituti ad cōstantiam, & perseuerantiam fuisse exercitatos; deinde initiatos vitio suo post repudiatos constrictos his votis, iuramentisūe maluisse emori, quam vel in necessitate extrema gustatu interdictorum ciborum fidem datam violare; deniq; eos, qui semel degustauerint sapiētiam Essenorum adeò dulcedine illecebrosi instituti inescari;

vt ne effugere quidem, quo teneantur, suauissimum hamum in animum queant inducere. Nam his votorum sacrosanctum vinculum, quod etiam tunc vulgo non nesciebatur adumbrari existimō; vt & illo, quod Philo eos, qui se ad therapiam conferrent aiat ~~αμετασπεντη~~: absque redditus defectionisq; spe, ac proposito suis omnibus rebus, & necessariis dixisse vale, atque æternum renuntiavisse. Verum hæc alio etiam pertinent: quam ob rem si monasticon, & laudatissimam philosophiam hanc velimus orthodoxè breuiter ad dialecticam rationem, & non multò infra eius dignitatem complecti definitione: erit *Monasticon definitio.* sacramentum seu initiamentum diuinatus institutum, quo ad certam, efficacemque verborum quorundam formam, & sacrosanctæ Trinitatis inuocationem perficiendi utriusque sexus

ORIG. MONAST.

hominem vi prædita gratia, & secundum à clero cōstituendi infunditur idoneo candidato. Monachus autem Christianus fuerit post clerum proximus dignitate, omni reliqua plebe præstantior: illo diuino munere ritè condecoratus. Sed hæc magis scholasticè de philosophia verissima videbimur fortè philosophari: q̄ conueniat cuiuslibet, & maximè profecturi lectoris captui.

Monachi item definitio.

DE INSTITVTORVM VARIETATE, ET REGVLIS (quæ dicuntur) nonnihil.

CAP. VIII.



Taq; licet monastice natura, & (si per Grāmaticos licet nobis hoc verbo cū Iuris cōsultis veteribus vti) veluti natuitate sua sit, ac fuerit vna, sola,
ac

M A T T H. G A L E N. 83

ac simplex: attamen hoc tempore ipsa locorum, ac regionum varietate existit magis partita, & multiplex. Nam non solum singulæ nationes videntur quædam instituta habere, quæ eadem nusquam alibi reperiantur, imo ne similia eorum quidem: verum etiam in eiusdem generis ordinibus alicubi tāta est externa modo diuersitas; vt vix agnoscantur ab aduenis. Cæterum quam multiplices sint in vna catholica religione monastici ordines vtriusq; sexus; conatis sunt quidam scripto prodere: qui quid præstiterint viserint alij, ego me fateor admodum ambigere; tametsi statuere de rei infinitate non possim. Porrò quantacunque tandem illa sit, & quotcunq; religionum (vt quidam loquuntur) sint formæ; in confessio est, difficile esse numerum aliquem certum inire, & in dies crescere, & in cæmonijs, atq; obseruationib. extrinsecis,

X iiij atq;

atq; accidētibus partibus quasi naturalibus (de quibus capite proximo erit disserendum) esse diuersissimas. De quo proptereā nobis est aliquid dicendum: quod cæci, & rerum omniū imperitissimi hæretici in his quasi præcipitijs, & augēdorum errorum suorum occasionibus fœdissimè hallucinentur, & fortassis eorum nōnulli veritatem non incognitam deprauent, & mendacijs obscurent, dentq; operam; vt nemo secum veram rationē negotij istius perspiciat; itaq; fascinati oberrēt, & errores alios faciant. Cū enim si serio hoc quicquid est rei peruidere, ac religiosè considerare voluissent; debuissent potius admirari diuinam prouidentiam, benignitatem, & sapientiam; & singularibus hoc eius in ecclesiam officium non minimum gratijs prosequi: abutuntur eo ad calumniam, & cumulum suæ damnationis non mediocrem. Etenim

cum

cum fatiscens Lutheranismus fatali iam diu vesanus delirio passim in cadimæa discerpatur germina; & nostrum haud pauci de certissima hac hærefeo nota illis præscribant: ipsi quia inficiari nequeant in horas intestinis tumultibus, & seditionibus gliscentibus, contenti sunt regere crimen istud; & inter catholicos quoque dissidia neque pauca, neque leuia esse dictitare; præsertim in ista ordinum monasticorum dissimilitudine. Quapropter licet ex primitua illa vetustate presidijs non nihil hic suppetat; nisi nobis brevibus esse liberet; neque diffitear interim non esse certissimas coniecturas, quæ ducuntur ex Effenis, & Iessæis duorum illorum Hebræorum: attamen non pœnitenda argumenta, neq; obscura linea-menta veritatis orthodoxæ ex eorū vmbbris attenta collatio eorum cum inter se, tum cū traditione Areopag. suppeditet;

quæ

ORIG. MONAST.

quæ vt nihil efficiant supersunt rationes duæ , quibus cauillatoribus istis fiat satis, & os obthuretur . Quod si cui ergò (vt gratum solet esse antiquitatis exemplum) adlubescant vestigia quædam non dissimilis variationis rerum leuium , & obseruationum , quibus vota tria principalia quasi custodiuntur , & honorantur: obseruet cum ex capite sexto supra citato Areopagitæ, tum ex 8. epistola eiusdem ad Therapeuten seu monachum Demophilum num occurrat quicquam, quod secessus, & inter se cōuictus ullam det significationem . Deinde ex Effenis Iosephi cohabitationem facilimè notabit. Ex Philone verò Marci discipulos,

*qui uocari possunt
videtur hic
quoque ad modum
nachorum non
men alludere.* quod id Euangelista probasset; videbis folos adamasse agros, & simul suas seorsum habuisse collectas, & (vt cum illo in sanctissimo loquar argumento) conuentula. Iam vitam mores, & politiam vniuer-

MATTH. GALEN.

15

niuersam quis non deprehēdat aliam apud Effenos, quām Iessæos; tametsi re, et veritate eosdem : Quapropter non nihil in vita actionibus, & exercitationibus, hoc est, quam Mm. Nn. græci vocabāt; ascensibus discriminis est inuenire inter Therapeutas Alexandrinos, Iudæos, & Græcos. Nam de his præcipue locutum esse, ac scripsisse Dionysium : quis dubitet Philonē autē de Alexandrinis scripsisse : ne ipse quidē tacuit, & eius interpretes alias nominati , ac producti adseuerat. Atqui si de suis non egisse dicatur hebræis: nescio quo colore dicendus fuerit, & in antiq. & in Romanę vastationis historia eos pro Iudaica numerasse secta; quam ob rem semel, atq; iterum Iudæos, & Iudæorum esse optimos adfirmasse. Verum hæc quidem studiosorum porrò committimus diligentiori inquisitioni, & catholicæ eruditorum trutinæ : quæ

Y autem

autem restant libet magis persequi; & modum aperire, quo potuerit tanta mutatio, atque in accidentibus minutis di-
*Ratio diversi
tatis instituto
rum plurium
catholicæ mo-
nastice.*
screpantia prouenire. Primum igitur necesse est meminerimus; si veram, & non inutilem causam velimus inuestigare; humanæ inconstantiæ; & penè fieri non posse; vt vel sacratissimæ res ita obseruentur, administrentur, retineantur; vt nihil interueniat alicubi diuersitatis. Nam si quis alicuius nominis in multitudine huiusmodi vel consilio, vel ignorantia quicquam mutet (vt in pri-
scilla innocentia res ea erat tutior) id fe-
rè continuò priori antiquato obtinet v-
sum, & ad posteros omnes peruidit. Consilijs autem talibus regionum, coeli,
aëris, hominum, rerum necessiarum,
& similium diuersitas, copia, atq; ino-
pia solent esse, ac præbere occasions. Quin & tempus omnium rerum edax,

&

& affectionum diuersitas, disciplinæ se-
ueritas, & collapsio maxima adferūt mo-
menta in breui etiam spatio ad nouatio-
nes priorum constitutionū. Ne quiddi-
cam de necessaria omnium rerum in pe-
ius prolapsione; & bonorum omniū de-
cessione, & quodā quasi senio. His enim
ex causis penè cunctis in rebus mutatio
existit mirabilis etiā diuinis, & salutarib.
vndē minus mirari oportet simile qddā
euenire in indifferētib. & nō ita necessa-
rijs alioquin statutis, & cōsuetudinibus.
Nā volēs nosse quatā in cleri morib. cul-
tu, institutione, sacris etiam ornamentis,
ritibus, ieunijs, & id genus legibus seue-
riissimè olim obseruatis episcoporū osci-
tantia, & disimulatio ad vitia censorum
mutationem, ac discrepātiā inuexerit:
cogitet solum quid olim creditum fuerit
ieunare quadragesinam, quid de geni-
culatione pētecostali, & dominicana, de

Y ij qua-

quatuor temporum iejunio, & Sabbathino, quæ vestes canonibus permisæ, ac præscriptæ, & alia non nulla; & simile quid obrepere potuisse extrinsecis monastices cæremonijs (sat scio) mirari est desiturus. Verum hæc via etiam hæreticis cuiquam fortassis fenestram videbitur aperire: ad Philistæas suas discordias, & pugnas excusandum, aut certè extenuandum. Quapropter malo alteram apertiorem proferre rationem, quam prolixius inter domesticas hostium nostrorum dissensiones, & conflictus, & huiusmodi varium ornatum potius domus Dei, quam næuos distinguere. quarè animum hic solum modò aduentamus ad perpetuam Christiani gregis degenerationem: & singulare diuinæ misericordiæ, & prouidentiæ beneficium hac in re latere comperiemus. Cum enim aliter, & aliter affecti, atque æ-

gri

gri diuersis egeant remediis; neque iisdem sint à perito, & prudente curandi medico: diuina sapientia iugi illi nostro defluxui pro seculorum sibi succedentiū discrimine remedia, atq; antidota discreta, et noua adhibuisse semper, atq; adhuc hodie admouere cernitur. Quocircà (vt non altius, quia necesse non est; rem repetam) cum secessus therapeuticus diu mundo salutaris extitisset, & electos plurimos lucrificisset: tandem is fuctus suo curationis munere à Basilio est coire ius sus. Rursum dissolutior alicubi temporis successu factus is conuentus, Italia, & Europa ferè tota adhuc ferente à Benedicto ad rigorem est reductus; atq; is non exiguo profuit tempore. At post dominante barbarie, & clero non nisi contrà, quam oporteret viuere, ac docere exemplo vita docto: Dominicus suos subficio ecclesiæ misit predicatores. His cur-

Y iij su,

O R I G . M O N A S T :

su, & ferore primo defunctis; mundo lu-
xu, & ambitione corrupto : humilis sub-
uenit, & mendicus beatiss . Franciscus.
Longum esset ire per ætates singulas:
summa est, quæ hinc satis elucet. Singu-
lorum institutorū principia rebus prope
desperatis ætate sua medicinam saluberri-
mam attulisse Christi dignatione, & be-
nignitate: & post quidem in vigore suo
permansisse, multos seruasse, & seruare
vñq; ; plus tamē in ortu profuisse; vt vicis-
tudinem rerum omnium agnoscere-
mus, & facilius intelligerēt omnes Chri-
sti beneficium, quo nouis ægritudinibus
nunquam cessat nouas facere, ac procu-
rare medicinas. Nam peculiaribus Dei
donis præstisſe legationis suæ primor-
dio quanque religionem: atque etiam
nunc excellere conspicimus non mo-
dò cæteros ordines quoslibet, verum e-
tiam posteros suos; tametsi semper Ec-
clesiæ

M A T T H . G A L E N . 88

clesiæ permaneant vtiles, & multis in-
terim salutem studio suo concilient.
Ipsos autem principes , & istos ordi-
num ductores instinctu diuino, & sum-
ma prudentia ea suis symmystis præ-
scripsisse, quæ expedire maximè iudi-
carent suo seculo : nulli dubium; eaque
semel recepta religiosè retineri est æ-
quum. Vndè varietatem necesse qui-
dem existere consequens fuit : vtilem
tamen, ne dicam necessariam aliquan-
do ecclesiæ. Quam qui nunc ingratiss, &
blasphemis maledictis vexat, ac pro-
scindit: oblitus antiquorum Dei bene-
ficiorum, iniuriosus est in eius multipli-
cem bonitatem ; ingratus quoque, &
simul iniurius in pios maiorum suo-
rum seruatores, & duces ad salutem,
qui labores , & pietatem eorum tam
improbè, & hostiliter remuneretur.

Patet

Patet igitur omnem dissimilitudinem partim temporis varietati acceptam ferendam, qua aliud, & aliud placet, & usitatum est: partim morborum conditio- ni, & qualitati, quæ singularia, atq; inusitata flagitabant pharmaca, & cataplasma. His autem ad istū constitutis modum; nulla de regularum discrimine, aut nouatione q̄stio est residua. Quid enim mirum eos, qui distinctos collimēt propriè scopos: diuersa apparare instrumēta optatis finibus magis cōgruentia? Cū enim Dominicus cognitionem Christianam potissimum videatur cōmunicare voluisse rudibus mortalibus; D. autem Franciscus humilitatem, & opum contemptum persuadere verbo & exemplo superbis, & opulentia tumidis: quis dif- fiteatur hunc huc facientia maximè; il- lum illuc consilia debuisse capere, ac suis capienda præscribere? Quocirca (vt in re

replana non perdam verba plura, quām oportet) salutaris extitit olim patribus nostris illa nouitas, laudanda sanctissi- morum illorum medicorum peritia, & prudentia: sed & variationis testimo- nia, atq; argumenta perquām fructuosa nobis sunt existimanda; si non ob aliud (quod verum non est, sunt enim causæ plurimæ) saltem, quod nos reddant me- mores beneficiorum à diuis his viris in maiores collatorum; quo si grati esse no- limus; petulanter ingratii, & impij in ec- clesiæ principes, & Dei charissimos ser- uos, institutorum, & regularum diuersarum auctores non simus.

DE TRIBVS PRÆCIPVIS

VITÆ MONASTICÆ PARTIBVS,

seu votis; cum ex scripturis; tum ex aucto-
ribus illis Apostolicis, & fide
dignissimis;

CAPVT IX.

Z Cate-



Æterum quia de licita, tuta,
ac sancta votorum piorum
nuncupatione, & necessa-
ria nuncupatorum solutio-
ne videatur satis nobiscum primariis ad-
uersarijs, & potissimum Caluino, qui de-
liram Lutheri posteritatem suo paula-
tim dominatu quo cūque libitum est ab-
ducit, conuenire: proptereā non puta-
mus hic nobis necesse; vt vota vniuersa
descripturis adferamus; priusquam tres
species, quæ ad institutum nostrum vi-
dentur proprius pertinere vindicemus ab
hæreticis tenebris, & cauillationibus; sed
de his solis castimonia (inquam) pauper-
tate, seu rerum suarum abdicatione; & ar-
bitrij sui renuntiatione, seu obedientia
recipienda facto voto differēdum. Quia
autem hæc pars & à veteribus plurimis
non diligenter est tractata; & à Theo-
logis Scholaisticis minutissimè, & ad cu-
riosi

riositatem vsque non illaudabilem ex-
cusſa; & denique nostra memoria præci
puè à vindicibus catholicis, adserta: idcir
cò nos contenti erimus antiquitatem,
quam vnicè profitemur hoc tempore
ostēdiſſe partim descripturis noui testa-
menti; partim ex formulis suprà produ-
ctorū, auditorumq; testium. Et quidem
de virginitatis, castitatis, coelibatus, vi-
duitatis, & deniq; cōtinentiæ qualiscūq;
voto differemus loco priore: quod hāc
(continentiam dico) fundamēti vicem
in therapeutica habuisse structura nō se-
mel ex Philone sit dictum. Ergò totum
hoc genus, quod sigillatim iam exposui;
continentiæ: non arbitror quenquam
istorum euāgelicorum vitilitigatorum
audere damnare; nisi fortè prætex-
tu superstitionis, qua videlicet Deum
sevirtute illa sua quis confidat colere; vel
nomine periculi, quod is accersat sibi,

Z ij qui

ORIG. MONA ST.

qui nullo oraculo monitus, ac certior factus de facultate exoluendi voti, audiat nihilominus vouere. Nam illud prodigiosum quorundam cōmentum, & planissimum nugamentum, quo volunt videri Dei instituto inferre iniuriam, & matrimonio facere contumeliam eos, qui posthabitis, ac contemptis nuptiis bonis quidem illis, sed minus glorioſis, atque vtilibus; virginitati, castitoniæ ſe mancipent: non differt à Valentianis cauillis, & re curuis scorpiorum illorum ictibus, quibus ut perfidia, & Christi eieratio commendaretur; fidelibus martyrij temeritas, & crudelitas exaggerabatur. Si nanque continuo rebus inferioribus, & minus præstantibus virtutibus officiat; qui heroicis studet, & ornari auet: cōfessio ni profecto manifestam irrogabant iniuriam Mm. Nn. quibus martyrio nihil

prius

M A T T H. G A L E N.

91

prius ducebatur, nihil cupidius expetebatur. Nam plerosq; videas persecutionem non tam passos: quā Tyrannos, ac persecutores ipfos; vt potirentur cœlesti corona; fuisse persecutos. Eadem autem iniuria hæc nō penetrabat modò ad eos, quibus latere, & optabile erat, & facile contingebat diuina gratia: verum etiam tantò premebat grauius, quanto confessoribus existebant merito inferiores. Iam verò videri istis superstitione effici vota; si quis præmij maioris, aut Deo amplius placendi studio ea nuncupare proponat: alibi diligenter à nobis discussum reperiet hic lector; & Valesij penè totis disputat B. Epiphanius. Quapropter à ^{Hærf. 58.} temeritate modo vindicemus eos, qui nullo freti oraculo, nullo euidenti signo certiores facti doni singularis virginitatis, aut continentiæ; imò non raro nihil à ſe humanum alienum adhuc experien-

Z. ij. tes.

tes: nihilominus confisi, aut nixi diuinæ
gratiæ promptitudine, ac facilitate advo-
uendum non dubitant procedere. Quid
enim ijs obstet? Omnia enim (inquit il-
Phil. 4. le) possum in eo, qui me confortat. Bellè
aiat aduersarius: siquidem Christus non
omnes capere dictum illud: nō expedi-
re vxorem ducere, seu nubere; sed quib.
datum sit, adfirmat. Quarè Christo con-
tradicūt, qui posse capere omnes aiunt:
&cūctis datū iri adseuerant. Sic enim fe-
rè catholica ecclesiastica expositio scho-
læ Genevensis ad hunc locum commen-
tatur. Nos de vtroq; dispiciamus accura-
tè. Christus igitur eo capite concluserat
nulla de causa ita repudiandam esse pijs,
ac suis Vxoem ductam; vt aliam liceret
ducere Mosaicæ permissionis modo; ta-
metsi non decerneret nefas discedere ab
adultera, & thoro renuntiare: id Aposto-
li intelligentes non impiè, non crassè, nō
delicate,

delicate, non deniq; illaudabiliter (quic-
quid contrà blaterant hæretici sancto-
rum omnium contemptores) quod si ita
se res cōjugalis habeat (inquiūt) tantaq;
necessitudo sit inter coniuges; non expe-
dit cōtrahere matrimoniū seu (vt noster
habet) nubere. Quibus mox Seruator,
vt qui maximè probaret: at nō omnes ca-
piunt (ait) verbum hoc, hoc (inquā) ver-
bū non expedire nubere propter vincu-
li indissolubilem æternitatem, qualiscūq;
obtingat coniux: non omnes capiunt,
inquit. Ratiocinatio quidē, & deductio
aperta est, & perspicua, quā exposuimus:
at de verborū sententia lité mouēt nobis
nouatores. Volūt enim quosdā esse ad-
seri hoc dicto: qui nullo pacto valeāt pre-
stare cōtinentiā; & periclitari fidē verita-
tis cœlestis: nisi id sic esse fateamur. Quę
Matth. 23. ro interim qd sibi velit eiusdē veritatis il-
lad; et grēco, et latino verbo eodē elatū:
non

*Sic tamendo
cet catholica
Ecclesiastica
expositio Ge-
neuensis.*

ORIG. MONAST.

non capit prophetam perire extra Ierusa
Iean. 8. lem: & illud: non capit sermo meus in vo
 bis: Cauillatoriam artem hic abomine-
 mur: tantum respondeant velim aduer-
 sarij; num simpliciter fieri haud quaquā
 potuerit; vt vel propheta alibi interime-
 retur, quām Ierosolymis; vel Iudæorum
 audientium tum Christum quisquam di-
 c̄tis eius adhiberet veram fidem? Chri-
 stum sanè prophetarum dominum ex-
 tra Ierusalem seu portam passum Paulus
Hebr. 8. 3. prædicat; & vt & ipsi opprobrium ipsius
 ferentes eum extra castra cōsequamur,
 hortatur. De Petro, Paulo, Andrea, &
 plerisq; omnibus Apostolis alijs vno Ia-
 cobo excepto: quid dicemus? De fide au-
 tem auditorum illorum: non dubito po-
 tuisse, aduersarios responsuros cum gra-
 tiæ stipulatione. Quod si ita sit: quid ul-
trà disceptamus? Neminē quippè absq;
 gratia continere valere; imò solo gratiæ
 lumine

MATTH. GALEN. 93

Iumine scire quenquam se aliter nequire
 continere: Sapientia diuina expressissi-
 mè docet. Quod si ergo Christus Iudeos
Sap. 8. extr. negavit verbum suū capere; quod essent
 gratia destituti; adiutos autem eadem po-
 tuisse fateamur: cessent hic pugnæ; & in-
 telligant aduersarij nos idem hac par-
 te dicere, ac velle. Id quod mox magis
 ad huc liquebit. Ergò dictum hoc Chri-
 sti testatur inimicis suis: eos & merito
 suo præsidio gratiæ destitutos, & absque
 eius commendatione nunquam nec ad
 fidem esse peruenturos, nedium salutem.
 Quarè ad modum eundem hic negat
 quosdam capere hoc suum, seu Aposto-
 lorum dictum: partim quod gratia indi-
 geant; partim grauentur eam ambire
 precibus, alijsque illicibus votis, & ratio-
 nibus. Interim non dissimulanter ad pe-
 tendum, quærendumque illam à se ad-
 hortatur. Phrasis enim scripturæ dum

ORIG. MONAST.

vim, potestatemue negat : tantum animum deesse significat, & simul requirit. Quid enim ipsiusmet illa quæstio filijs Zebedæi posita : potestisne calicem bibere, quem ego babiturus sum; & baptismo, quo ego baptizandus sum, baptizari? sibi vult aliud, quām vt propositum suum edant: perinde enim est ac si dixisset : quid vobis sit de his cerebus animi; mihi edicite. Sed apertius Iosue Hebræis ad seuerantibus sese cæteris dijs omnibus præferre Deum suum, & velle ei usurpare: non potestis (inquit) domino seruire; cum eos animatos vellet; & ad fortius, constantiusque paciscendum optaret impulsos. Vt ergo hoc loco absurdissimè quis opinetur Duxem, & Vatem illum vel negasse simpliciter eos nō posse præstare Dei cultum; vel deterre à proposito, & vera religione voluisse: ita profectò non minus ineptè, atque indoctè

*Matth. 20.
Marc. 10.**Iosue ultim.
& 24.*

MATTH. GALEN: 94

indoctè nostris sapientes hodiè dictum illud Christi clamant negare potentiam, & de veritate periclitari; si plerosque omnes posse, qui modo velint adseramus. Nam capere, ac posse idem prorsus valent in hac re; eademque usurpentur sententia. Nisi quod ijs, qui capere negentur; oblata innuatur diuinitus facultas, & præbita efficacitas: quæ copia ijs, qui non posse dicuntur; non ita suppetere edici videtur; licet hæc distinctio non semper, & ubiq; retinenda, vrgendaq; à nobis putetur. Verum quam ob rem igitur (inquiunt) additum esse dicetis; sed quibus datum est. Nonne hoc apertè singularare aliquod Dei esse donum continentiam ostēdit: minimè sanè gentium. Primum enim Mm. Nn. constater adserunt datum esse, auxilium diuinæ gratiæ significare. In his Chrysost. Theophyl.

a ij cæte-

ORIG. MONAST.

cæteros nostrorum plurimi magno enumerant, citantque catalogo. Deinde si datum esse denotet singulare quodpiam munus, & quidem quod sub certum cadat habetis sensum: quia ad Pauli somniabimus dictum, qui tam de coniugibus, quam virginibus, & cœlibibus loquens: vnuſquisque autem ſuum donum habet (inquit) vnuſ quidem ſic; alius verò ſic: Hic donum seu charisma dici etiam matrimonium (ut res eſt) Theodore tus, cum tribus græcis alijs interpretibus annotauit. Nunquid ergo adeo ineptiendum nobis arbitrabimur: vt ſimilem gratiam, atque æquè etiam ante nuptias certainam, atque exploratam operiri quenque oportere censeamus? Quid fam do minus auditum eſt vnuquam: Interea illuc donum seu charisma eſt; hic datum tantum. Quæ quantum differant: vel mediocriter in lectione ſcripturarū ver fatis:

MATTH. GALEN.

95

Satis non eſt ignotum. Datum Dei (inquit sapiens) eſt mulier fensata: cumne *Euseb. 26.*
Marc. 13. b.
Philip. 1. a.
quonodo vos
habeam inde-
fensione, et co-
firmando
Euseb. 26.
Io. 19. B..
 minem lateat, quantū humanæ pruden-
 tiæ ea in re fit tribuendum. Sic apologie
 Christianæ, quas Paulus meditatum fe-
 scribit Philippensibus: vocantur data à
 B. Marco, vel potius Christo ipſo. Sic
 vel præfectura, vel quo preditus erat Pi-
 latus, & ornatus à Cæſare, imperiū, de-
 super ei datum ab eodem Christo adferi-
 tur: dum permisſio, & nutus eius tantū
 modo significetur, quando de singulis
 agitur hominib⁹ Chrysostomo auctore
 in caput 13. epistolæ ad Romanos, qua
 parte adferitur non eſſe potestas, niſi à
 Deo. Quapropter reuerat tantum modo
 gratiæ necessarium auxilium, quod ex
 fententia catholica traditum adferimus:
 constantissimè contra Pelagianam in-
 gratissimam arrogantiam: datum illud
 significat, & defyderari in cœlibibus
 a iij ostendit.

ORIG. MONAST.

ostendit. Quod probat & conclusio, quę
sic hortatur: qui potest capere, capiat.
Nimirū quomodo B.B. Ioannes, & Iaco-
bus posse, vt rogati erant; se responde-
bant; & sapiens quoque potuisse se gra-
^{sap. 8.} tia fretum, quod ante eius præsidium ne-
gat à se fieri potuisse; disertè confitetur.
Non igitur expectandum est, aut vnu-
quam fuit diuinum responsum, aut certa
experientia præsumenda, nedicam som-
nianda; nomine huius capacitatis, aut
potentia: sed studium, generosus ani-
mus, masculum pectus, fiducia de Dei be-
nignitate, & castitatis amore religiosa,
atq; humilis; deniq; sententia ad quiduis
perpetiēdum sub Dei præsidio, fortiter-
que de sanctorum consilio certandum
affirmata est intelligenda. Id quod & scri-
pturæ probant, & certissimæ totius ævi
historiæ confirmant. Cum enim apo-
stolos omnes continuisse, & se castraſ-
ſe

M A T T H. G A L E N.

96

ſe propter regnum Dei (si testem Epi-
phanium audiamus) nouerimus; & ante
non nullos eorum habuisse vxores, &
ex ijs liberos sustulisse conſtet: qualia in
ijs oracula, & signa præcesserint obtru-
dendæ castitatis nemo non intelligit.
Iam cum cleri ſacratoris, & ſacerdo-
tal is (^{Charattere} vt cum Epiphanio loquar) vo-
tus cœlibatus fit, vt minimum, A-
postolicus propter honorem ſacerdo-
tij Christiani (hoc eodem teste) ita-
que à primis Episcopis, presbyteris, ac
Diaconis fit exactus iuxta apostoli-
cum canonem vel ab Epiphanio in Ca-
tharis comprobatum (vt infra copio-
ſius adſeretur ſuo loco) quis non videt
quibus indicijs, ac miraculis contenti
fuerint in voti iſtius poſtulatione in-
ſtituenda apostoli Timotheum ob vir-
ginitatis gloriam extollit beatissimus I-
gnatius; Episcopum fuisse quis nescit.
^{Epift. ad Phi-}
^{ladelphien-}
^{Heres. 59.}
^{Can. 26.}
^{Heres. 59.}

Reum

ORIG. MONAST.

Reum igitur votæ puritatis illius audeant nostri demonstrationibus oraculæ
 gratiæ singulari modo concessæ ad virginalem castimoniam vouendū adfirmare impulsū: dum modò audi-
 ant Paulum iterum, iterumq; eundum
^{1. Tim. 4. c.}
^{2. 5. a. et D.} iam episcopum inter mille negotia, &
 aquæ potorem vsque ad ægritudinem,
^{1. Tim. 5. D.} quæ præceptorem etiam hunc angeret,
 monentem; vt castè ageret, castitatem
 custodiret, cum omni castitate fœminis
 loqueretur. De Nicolao Antiocheno
^{Act. 6.}
^{Apost. 2. B.} prodigiosæ libidinis doctore ab ordina-
 tionis sua, ac diaconia; nihil memoratu-
 rus sum; de stimulo carnis Paulinæ à
 quibusdam exposito nihil ite adiiciam:
 at quod iuniores quasdam viduas queratur
 post Satanā abiisse, & auersas esse; quod
 quasdam in Christo luxuriatas nubere
 voluisse, & damnationē habuisse signi-
 ficet; ideoq; Timotheo vetare necesse
 habue-

MATTH. GALEN.

97

habuerit; ne vllas in viduarum deinde
 ordinē coöptaret ex iunioribus (Chry-
 sostomo, & suis auctoribus nixis satis
 perspicua litera) non possum dissimula-
 re; licet hoc idem ex beati Aurelij Au-
 gustini confessionum lib., & non nullis
 aliis sub extremum dederimus adstruc-
 tum clarius. Si nanq; professæ vidua-
 lem castimoniam viduæ iuuenes adeò
 sefellerint sapientissimos Apostolos, &
 mentis numinis maximè gñaros; vt eas
 Paulus repellendas scribat Timotheo;
 doleat adhæsse per rediuiuas libidines
 diabolo: nunquis adeò vel pertinax, vel
 stolidus inuenietur (obsecro) qui cōten-
 tos & illos fuisse sit inficiatus egregia
 alacritate, quam præse ferrent vquentes
 fiducia sancta, animosa volūtate, deniq;
 adfirmatione se velle omnem dare ope-
 ram, paratas quiduis tentare; vt fidem
 liberarent, & continentiae coronam re-

b por-

portarent? Si nanq; indicia præcedere necessum fuisset, quæ fallere nequiuis-
sent vel nuncupantes, vel excipientes
vota: neque illæ votifragæ vnquam fu-
issent deprehensæ; neque his falsi consi-
lia forent mutare subinde coäcti, quæ
iudicauissent, & fortassis experti quo-
que essent in aliis salutaria. Taceo beatū
Chrysostomum cum sectatoribus pru-
denter, & opportunè admonuisse ad
hunc locum scribentem commentari-
um; Paulum nihil tale de virginibus
cauisse; tametsi illæ teneriores etiam
non minus arduum certamen per vo-
tum simile adiissent: idque quod ex iis
nullæ coëgissent eum mutare suas con-
stitutiones incontinentia; quodque ex
alio, ac generosiori pectore id votū con-
cipiatur, & nomen detur rebus maiori-
bus. Ut Paulum intelligamus optauisse
cuiq; præmia amplissima: ideoq; inuitū
ad-

admodum ad hanc deuenisse senten-
tiæ mutationem. Verum hæc ex Epi-
phanius Valesiis relinquimus pio le-^{Hæres. 58.}
ctori copiosius haurienda: nos præ-
tereà sanctam virtutem hanc non so-
lum cadere sub Christianum, & an-
tiquissimum votum demonstrabimus
breuiter de scriptura dupli; verum
etiam votis solennibus, ac therapeuti-
cis, seu monasticis votam esse, & cele-
bratam apostolico seculo confirmabi-
mus. Nam cum dominus Matthæi^{19.}
illo capite docuisset ea, quæ dudum ad-
struximus expedire quidem non du-
cere vxorem, aut nubere; sed non o-
mnibus hoc esse persuasum, & plerosq;
omnes succumbere carnis œstro: qui-
busdam interpositis de eunuchis du-
plicibus, quorum priores natura, al-
teros conditio, & humana violentia

b ij tales

tales effecisset; tandem ut ne putaretur deterruisse suos discipulos, ac nos omnes à pulcherrimo illo virginitatis, cœlibatusque cuiuslibet brabeo per mille pericula, & nulos non sudores appetendo, & reportando; animat etiam eos, qui semel ingressi sunt curriculum omnium laudatissimum; ut pactis votorum præcaueant; ne laborum exantlandorum sensus aliquando eos queat retrò agere, & ad defectionem turpissimam gloriofissimorū cœptorum detorqueare, aut ullo modo solicitare. Sunt enim Matthi:¹⁹ (inquit) eunuchi, qui se castrauerūt propter regnum Dei. Illi (ait) eunuchi, de quibus modo egi vel castrati nascuntur, vel inuiti corporis eam vim, iniuriamq; pueriferè (ut testatur diuus Epiphanius id testatur, b̄r̄c̄s. 58.) perpetiuntur; ut seruiant deliciis barbaricis: at ego eos commendo qui se

*Epiphanius. Va-
leſius id teſta-
tur, b̄r̄c̄s. 58. us.)*

fese ipsi faciunt Eunuchos, idque spe obtinendi palmam optatissimam, & preci puam regni cœlorum. Nam pro (castra uerunt) græcis est est εὐνοῦχος, hoc est, eunuchizauerunt seu eunuchos fecerunt, quemadmodum Syri id verbi transtulerunt; ne dicam Matthæus ipse primum scripsit. Eunuchus autem is non est censendus, qui animi proposito membris genitalibus nō vtitur ad finē eum, ad quem alioquin creata sunt; & perinde agit, ac si ijs despoliatus foret: sed necesse est, ut etiam si maximè vellet illis vti, aut abuti nequiret; vt pote iā execitus, & planè ijs despoliatus; si nomen enuchi rectè, ac propriè ei tributum velimus. Ex quo consequens est tertij quoq; generis Eunuchos, hoc est, Christianos non solum proposito libero, & constante etiam fortassis usque ad coronam reportatā præditos esse oportere: verum necessitate quadam e-

b. iiij. tiam

tiam adstrictos; qua fiat; vt si postignauia ducti pœnitentia, & graui victi tædio cogitarēt de cessione ex arena, ac defertione; nō possent fidei datę Deo manicis, ac retinaculis alligati, atq; vīcti. Quare obscurè quidē quid expediret inconstatiæ nostræ Christus insinuauit his verbis; qui subinde capessimus quidem durum continentia iter; sed nisi quid extimulet nos assiduè non infreenter labascimus, atq; aliud leuissimi malumus, ac paulò post recurrere eodem, vndē nō ita pridem defugerimus, nō vereamur; precipere tamen in re tam ancipite, & difficiili nihil voluit: at apostoli mentem eius edocti, perspicuam ipsius reddiderūt sententiam; neq; tamen ipsi quenquam cogere ad hanc arduitatē voluerunt; sed cum ex legislatore cognouissent sacerdotium nouæ legis vel virginali puritate, vel saltem æmula huius castitate exornandum;

nandum; neminem eò, & ad eius proxima ministeria diaconiam, & hypodiaconiam admiserunt, admittendumque suis constitutionibus editis decreuerunt (quicquid licentia quorundam Episcoporum inopia cleri, & continere voluntum pressa alicubi permiserit, atque aufa fuerit) qui non reciperet Deo angelicam illam (si foret virgo) incorruptionem vouere, vel saltem continentiam etiamsi coniux foret, & vxor in ordinationem cōsentire videretur, quin etiam (quod nostræ est nunc disputationis) nec ad monastices sacramentum receperunt quenquam, qui non idem, & quædam alia insuper (de quibus mox) sanctè promitteret se omnistudio, ac religione præstaturum. Vtrunque autem ab illis constitutum, ac factitatum Numinis consilio, ac voluntate Epiph. Catharis Hær. 59. Epiph. Charratt. E.C. Can. apost. 26

lūtate:nemo tam impius viuit, qui sit negaturus; fecisse verò deinceps amplius restat nobis ostendendum. Hoc tamen loco prius monitum velim lectorem seriò dispiciat, ac secum expendat: quam longè ab omni violentiæ, coactusue specie constitutio Apostolica distet, & vehementer quoq; abhorreat, quod hæretici mentiuntur; cum nemo modò compellatur, aut (vt olim non rarò veniebat vñ) pertrahatur, vel inuitus ad sacramenta istæc; sed vñtrò nos offeramus, & sæpiissimè nos violéter ingeramus, & nihil meritissima repulsa simus laturi grauius, atque impatiētius. Si nanq; raperetur quis hodiè, & inuitus obthurato ore, & à clero constrictus, ac tentus ordinaretur; & nihilominus exigeretur ab eo castimonia, quām sacramēti susceptio re ipsa pollicetur, & quidem (quod dicitur) solenniter: aliquid isti quiritarentur; siquidem

&

& olim contestatis diaconis se contine-re non posse in violenta illa consecratio-ne vñs coniugij alicubi permisus fuit, etiam ordinationem secuturus; at nunc cum nihil huiusmodi fiat hodiè, & ambi-tiosi cleri, ac monastices candidati verius faciant, quām patientur vim vñlam; nec ingnoret quisquam sibi cōtinendum post ordinationem, & professionem, vel propter hæreticos istos tumultus; patet Ecclesiæ leges, ac mores non innoxios tantum esse, verum etiam laudatissimos, vt potè diuinitus latos, ac dictatos; & omne vitium, ac crimen in perfidia, ac libidine desertorum, & eorum (vt verbo Tertulliani vtar) commiserorum hæreticorum, ac schismaticorum hærere. Ve-rum iam tribus verbis (quod modò rece-peramus) vñsum huiusmodi votorum, eorumque monasticorum, seu Therapeuti-corum ætate apostolica non fuisse igno-

c tum

*Ancyr. can.
10.*

i. Tim. 5. tum ostendamus. Itaque cum Diuus Paulus multa de cura viduarum, & ad extre-
 „ mum de etate earum, alijsque ornamen-
 „ tis tulisset præcepta: iuniores autem vi-
 „ duas (inquit) deuita. Causam autem non
 „ tacuit; sed mox subiecit his verbis: Cum
 „ enim luxuritatem fuerint in Christo; nube
 „ re volunt, habentes damnationem; quia
 „ primam fidem irritam fecerunt, &c. quæ
 „ quidem & ipsa causas adferunt; sed quæ
 „ hoc non pertinent. Primum autem o-
 mittimus hic eorum replicationem, quæ
 modò alia occasione ex Chrysostomo,
 ac suis adduximus discipulis: nempe Pau-
 lum aliud maluisse, & solitum suadere,
 ac facere; ista autem coactum perfidia,
 ac libidinosa quarundam inconstantia
 scribere. Nam dum eas quoque deuita-
 ri vult, hoc est, *περιπτεδα* seu rejici, repel-
 li, haud admitti ad vouendū (vt & Syri-
 aca vox *لَمْعَنْ* certissimè significat) de-
 clarat

clarat satis id fieri ante solitum; & Ti-
 motheum facturum fuisse; nisi moni-
 tus foret; si quæ ex iunioribus se se ob-
 tulissent, & vouere fuissent paratæ. Sed
 iam satis liquidum esse confidimus fi-
 dem illam, quæcunque tandem fuerit;
 dedisse Christo, non solum sexagenar-
 ias anus, & vetulas vnius defuncti ma-
 riti viduas; verum etiam iuuenulas, at-
 que adolescentulas viduas. Quarè quæ-
 nam illa fuerit fides: singulis vocibus
 haud negligenter expensis, quæ se-
 quuntur in causæ redditione, disquiram-
 us. Cum enim luxuriatæ fuerint in
 Christo ait, hoc est, otio, & delicijs dis-
 solutæ: fidem Christo datam non eru-
 bescunt frangere, & libidinibus se se de-
 dere. Nam pro vocibus (luxuriatæ fue-
 rint in Christo) Græcis est: *κατασθλιασω-*
ει τοῦ χριστοῦ, in quarum illa metaphora

c ij est

est sumpta à iumentis præ saturitate lasci
uis, & habenas abrumpentibus. Nam E-
tymologi perinde volunt *γλυπτόν*, *ἀγλυπτόν* fo-
nare, ac si dicatur *εργάτης ἀνίας* exuo, excu-
tio, amolior habenas. Præpositio autem
κατά cū suo genituo aduersus Christū so-
nat, quia pactum illius, & cum eius iniuria
rescinditur. Quæ omnia approbant
Syri, nā habent *אַתְּ שָׁמֶן* *לְעִזְרָה* abrumpūt,
discindunt aduersus Christum (fidei da-
tæ scilicet vinculum) Lucæ nanque quin-
to, idem verbum ad retis apostolici per-
tinet scissuram. Indicat ergò apostolus
hac voce à professione viduali veluti
quibusdam habenis Christo sponso al-
ligatas esse viduas : & de illis dirumpen-
dis delicijs corruptas agitare consilia;
dum cogitatione de nouis nuptijs con-
tra votum iam nuncupatum se conta-
minent; & fidem violent. Atque hoc
est, quod sequentia verba sibi volunt:
nubere

nubere volunt; habētes damnationem;
quia primā fidem fecerunt irritam. Etiā
quidē reuerā prima illa in perfidiam con-
fessione; magis tamen, & merito iudi-
cij, hoc est, phrasī hebræa, damnationis
grauioris primam fidem irritam reddi-
derunt; postquā corpus alteri prostitue-
rint, & alteras attentarint nuptias. Fidē
nanq; hic votum, seu pactum continen-
tiæ vidualis inter Christum, & viduam
professā quondā significare: Mm. Nn.
commentarij, & alia monumenta con-
firmant. Chrysostomus quidem cum
Oecumenio, & Theophylacto: primum
admonet hinc liquefcere inter viduas, &
Christum esse sponsalitiam quandam fi-
dem; & haud secus, quam virgines; illas
quoq; Christo esse desponsatas. Deinde
fidem *διαθήνει*, & pluraliter *διαθήνεσ*; id est,
fœdera, & pacta interpretatur; irritam
facere *παραθήνει*, hoc est, transgreedi. Dicit
c iii eaf-

ORIG. MONAST.

easdē viduas Deo esse *ποιηθέσσι*. id est, noītas, & nominatim dedicatas; & ita si post nuptiarū reminiscātur rescindere *ταύτην*, & fœdera illa nimirum votiuua. Theodoretus in interprete suo, quem græcè nequiui hactenus nancisci; ad hæc eadem verba: Cum enim Christo professæ sint (ait) in viduitate castè viuere; secunda matrimonia contrahunt. Omnia apertissimè Primasius post Ambrosium, & auctorem scholiorum in Paulum, quæ hactenus ferè Hieronymo fuerunt adscripta. Cum enim deuitare nolle ordinare; ne malum pro bono exemplum fieret; vel nō eligere ad ministerium, vel denique familiaritatem fugere (quod maximè probat) foret interpretatus: ad hæc postrema mox verba; quia (inquit) fecerunt sibi illicitum, quod licebat; voulendo castitatem. Et addit. Hæc verò regula non solum in viduis: sed etiam in virginibus

MATTH. GALEN.

104

ginibus, continentibusque seruanda est. De Epiphanio quid dicam? citauimus *Heres. 61.* alibi eius auctoritatem ex Apostolicis, qua hæresi hæc verba enarrat. In Montano quoq; eadem attingit: ostendens orationem Pauli sibi cōstare. Nam quæ vouerūt (ait) & fidem fecerunt irritam, *πράγματα
μερα.* *Heres. 48.* habent iudicium: quæ verò non vouluerunt; sed propter infirmitatē coniunctæ fuêre, iudicium nō habent. Sed & alibi, *Apostolicis
61. Heresi.* postquā permisionē Paulinā de virgine elocanda attigisset: mox istos Hymenæos amoliens; at ne aliqui (ait) contra ex istis dilutis opinentur nos velle docere Apostolum hic præcipere non de virgine adhuc soluta; sed ea, quæ semel decreuerit, atq; addixerit virginitatem *πρόσαστην* suam Deo; quasi hanc è suo voluerit ab-*ἀπαγγελεῖν* strahere cursu; aio eum nō de hac, sed il-*βενήσας* la differere eo loco. Eodē aut̄ loco quo-*οὐδὲν* ties *παταξίαν*, & *ικυκετέαν*, & *παρθενίαν*, & ver-*βα*

O R I G . M O N A S T .

Hæref. 58.

ba horum coniugata, quibus vota harū virtutū intelligit, iterat idē Epiphanius.
De Valeſiis, vbi Matthæi locum de eu-
nuchis optimè enarrat; de Catharis, &
charactere ecclesiæ; niſi præuaricator
inſtitutę originationis, et breuitatis pro-
missæ videri cupiā; nihil poſſū adiicere.
Hæc aut̄ apostolica dicta; tū propius ad
nostrū pertinere intelligemus institutū:
ſi meminerimus Philonē ſemel, atq; ite-
rū inter therapeuticos cādidos enume-
rare viduos, & viduas, & fortassis cōiu-
ges quoq; inter ſe de cōtinentia pactos.
Nā refert eos filiis, et filiabus, aut cognati-
tis omnem dereliquisse ſubſtantiam ſuā:
et rurſum inter neceſſarios derelictos po-
nit liberos, & pignora ante monastices
ſectationē legitimē ſucepta. Cui nō po-
nitendū ſuffragiū videtur ſubministrare
historiæ apostolicæ D. Lucæ caput 5. in
interitus Ananię, & Sapphirę narratio-
ne.

Hæref. 59.

M A T T H . G A L E N : 105

ne. Cū enim cōiuges eſſent, volebant tñ
et ipſi videri ad therapeuticam adſpirare
perfectionem agri vēdi tōlato pretio.
Neq; origo hæreſeos Nicolaitarū ex 3.
Stromate D. Clemētis Alexādrini cō-
firmato ab Eusebio lib. E.H. 3. cap. 29.
et Niceph.lib. 3. cap. 15. fideliter cogni-
ta refragetur. Ceterum viduas apostoli-
cas debuiffe quoq; ab ecclesia ſuſtentari:
eodem loco Paulus ipſe declarat; quū
adiicit quenq; fideliū oportere alere ſuas
viduas; ne grauetur ecclesia; vtq; veris
non defit quicq; viduis. Pepēdiſſe quoq;
ab episcopi voluntate, & morigeras exi-
ſtere debuiffe, quis eſt qui neſciat? Nam
Chrysostomus inter præcipua episcopo
rū onera viduarū, ac virginū ſacraruſ cu-
ram ponit; nec diſſimulat variis locis
Ignatius; nequid de hoc eodem quinto ^{Ignat.epift. 4.}
capite Pauli in ſuper cōmemorem. Sed <sup>et 5. et 9. di-
cit eā ſe Deo
conſecrauiffe.</sup>

d cratio-

crationem, & gratiæ collationem, (vt plā
nè agnoscas Therapeutidas) nihil æquè
confirmat, ac probat, quām 15. Chalce-
donens. canon; officium ecclesiasticum
Heres. 79. Epiphanius noster exponit Collyridia-
nis; & cōmune fuisse ijs cum diaconissis
perpetuis virginibus, ac continentibus
alijs character Ecclesiæ catholicæ apud
eundem probat. Licet prius aliud etiam
fuisse actorum apostolicorum caput sex-
tum innuat cotidianum nempe mini-
sterium, & rerum Therapeuticarum di-
spensationem post septem diaconis com-
missam Græcis ægrè ferentibus plus He-
bræis, quām suis videri licere. Verum
De voto pau-
pertatis seu a-
Etymofynæ. iam hæc de castimonia vota (licet ea sit
maximè ab istis oppugnata) descriptu-
ris disputata suffecerint: de actemofynæ
(quam eleganter Theologi Græci ap-
pellant) hoc est, peculij omnis aliena-
tione

tione à se se; quid attinet vel verbum
facere? Quis enim negare valet Chri-
stum tantopere virtutem hanc proba-
uisse, cum ei consultum vellet, qui se le-
gem cunctam impleuisse affirmasset:
vt vitam perfectam nuncupauerit. Si
nanque perfectus esse cupis (ait) vade,
vende ea, quæ possides, & da pauperi-
bus, & habebis thesaurum in cœlis. Hæc
nanque istum ad modum, & de profes-
sionibus monachicis esse propriè dicta
à Christo: non in Apostolicis modo,
vbi præcipue hæc res disquiritur, adse-
rit Epiphanius; verumetiam in Messa-
lianorum extrema omnium heræsi, seu
octogesima, qua illos hoc quoque dam-
nat nomine, quod cum monachi videri
vellent; peculium tamen reseruarent,
quod ipse cum hac scriptura pugnare,
de vacuitate monachorum præcipi-
ente ipsius sententia docet. Quin &
d ij apo-

ORIG. MONAST.

Hæres. 61. apostoli ibidem se reliquisse omnia pro-
fitentur : quos ea de causa Epiphanius
Apostolicis *κεκτημονας* vacuos à possessio-
nibus propriis appellat ; & mundo, iisq;,
quæ possedissent renuntiauisse, hoc est,
πισταξας commemorat. Mitto eundem
hunc scriptorem Messalianis etiam D.
Paulum exactissimè renuntiauisse mun-
do , & proprietati cuilibet adseuerare.
Quin & seruatorem in eundem deduc-
it ordinem quod nihil in terra peculij
se habere non semel profiteatur ; & à
mulieribus piis cum suis sustentare-
Cap. 14. tur. Accedit quod apud Lucam re-
nuntiare, id est, *πισταξας* possessis rebus
quenque ex germanis suis, & egregiis
sectatoribus velit Christus. Vbi Syri
רַבָּשָׁנָה seu derelinquere habent : sicuti
& Epiphanius eadem esse ostendit ;
dum Apostolos suis loquens verbis
dicat *πισταξας*; qui se dereliquisse, aut
simpli-

MATTH. GALEN.

107

simpliciter reliquisse sua omnia tantum
adseuerant. Iam *κεκτημονας* hanc (vt Dionys.
appellat) seu *κεκτηματα* (ceu non semel Epi-
phanius) pertinere ad monastiken: rece-
ptæ voces hæ, & earum cognata vocabu-
la, & coniugata in monachicis professio-
nibus, ac sacramentis declarant euiden-
tissimè. Sed de eo ex ordine mox : prius
est autem vt quod ad scripturarum tra-
c[t]ationem ad huc attinet, persequamur.
Ergò quod attinet ad hanc laudatissi-
mam inopiam, & voluntariam pauperiæ;
cum (vt alibi differemus pluribus) res sit
præstantissima citra controversiam, &
Deo gratissima: quid est, quam ob rem
vllus mortalium Deo eam nolit voueri.
Vota sancta esse, & tuta, vt concessum
sumpsimus, neque immerito aliás; dum-
modò res, quæ sub ea cadunt salutares,
& excellentes sint: & quid est, obsecro,
cur non liceret hanc heroicam magna-
d iii nim-

*E.H. cap. 2.**Apostol. Hæ-
ref. 61.*

nimitatem & vouere, & soluere? Sed de peculio præstituimus nobis & alterū quē
dam dicendi locum: itaq; de voti ratione
De obedientia
voto. suffecerint nunc (vt opinor) ista. Porrò
tertium votorum genus, quod obedien-
tiam vulgo dicimus: quis calumniari va-
let speciosè. Vult nos Christus sequi, qui
Patri obediuit vsq; ad mortē; iubet gna-
uos suos discipulos tollere crucem suam,
venire post ipsum; & (quod maximū est)
se ipsos abnegare. Præter autē quā, quod
prudentiæ nostræ incertæ sint, & cogi-
tationes timidæ, & cæcutiamus, vt pluri-
mum in nostris iudicijs, non item in cau-
sis alienis: doctissimi, ac sanctissimi multi
viri, de quorum spiritu sanus nemo am-
bigat vnquā; præceptiones plurimas post
reliquerunt scriptas, ex quib. delectu syn-
cero habito, & ingenio quisq; suo conſy-
derato utilissimè omnem vitæ motum, et
actiones singulas trāsigere valeat; & pro
pter

pter naturæ nostræ in arduis, & laudabili-
bus ceptis inconstantia consultissimè vo-
ueat se vsq; ad earū præscriptū, fidiq; in-
terpretis arbitriū perpetuo vieturū. Qua-
propter nihil apparet caufæ: quare singu-
laris hæc prudentia, ac modestia non sit
primū arripienda, atq; excolenda ab om-
nibus; deinde propter retractationis peri-
culū vouēda; votaq; summa religione, &
fide optima Deo exoluenda. Verū quia
de posterioribus his non ita tumultuan-
tur aduersarij, quorum cauillationibus
post opportunius, & vberius erit satis-
faciendum: id circò contenti hisce de eo,
quod dudum fecimus prius; non nihil his
ex prima, & certissimè Apostolica tra-
ditione præterea adjiciemus; quæ tametsi
supra sint proposita vniuersa; non ta-
men fortassis animaduersa ab omnibus.
Quia autem Iosephus cæteris magis

*Ex Iosepho de
3. Votorum
monastic. ve-
stigij. Apost.*

incipe-

De Essentia continenciae. incipere; & ordine nunc obseruato suffragia illius perstringere. Essorum ergo perpetuam partim virginitatem, partim castimoniam: quis nuper ex Iosephi verbis non addidicit, ac notauit? Nonne triennium totum requirit tyrocinij: & ut continentiae suæ specimen edant competentes? Cuinam, quæso, potuerunt excidere horrenda illa sacramenta, seu iuramenta: quibus se istos Essaos deuouisse ait; antequam ad cōmune admitterentur alimentum, & familiarem, intimumque congressum? Quis dubitet illa denotare votorum professionem, & renuntiationem? Cum enim deierare esset necesse (Iosepho auctore) quenque obseruatorum ea, quæ sibi in ea disciplina traderentur, & mandarentur; & non modo continentia; verum etiam peculij omnis à se se alienatio, & obedientiæ præstatio inter illa continerentur: p̄t̄t̄ sanè Iosephum

non

non modò familiares istas virtutes fuisse therapeutis tradere; sed etiā grauissimis, & fidissimis fuisse votis promissas Deo. Nā licet loco posteriore adiungat alterū Essenorū genus, quod castis operam aliquam dederit nuptijs: attamen quomodo illa essent accipienda lectorem nostrum non siuimus multò ante latere. Coniuges nanque istos laicos esse Christianos diximus: reliquos Therapeutas, & monachos. Cæterum ^{accipiantur}, & ino <sup>De Essenorū
vacuitate à
peculio.</sup>

e lius

lius superesset occasio; neque ijs, qui tenuioris ante extitissent fortunę quicquā deesset, vllaūe nota, aut contemptus esset molestus. Nam communia fuisse illis omnia; & studiosissimos eos fuisse huius cōmunicationis Iosephus commemorat. Nam vult eos non tantum inter se commutauisse quālibet, & vbi cunq; versari contingeret liberrimè necessaria à collegio symmytarū petiuisse, ac tulisse: verum etiam cuiq; liberum fuisse ex communibus bonis indigentib. tribuere quātum vellent, atq; adeò donare quibus expedire viderent solis propinquis exceptis; in quorum subuentione, quia suspecta erat naturæ affectio; curatorum requiebatur permisso. Mitto eosdem cum passim in ciuitatibus haberent collegia, ad quæ liberrimè diuerterent, & necessaria cuncta sumerent quasi domi suæ fuissent: non secus quām etiam nunc

veros

veros religiosos, ac monachos inanes prorsus instituisse peregrinationes solis armis instructos aduersus incursiones latronum. Ergò hæc arguūt satis ἀκτημοσύνων, & peculij alienationem Essenicam: propositum autem perpetuum, & quidem cum voto coniunctum fuisse, iuramenta illa horribilia, triennale tyrocinium, verbum, quo publicationem, & in commune bonorum vniuscuiusque collationem Iosephus extulit (οὐκαθεύ) exterminatio, & exterminatorum miserabilis interitus, vel rarissima in gratiam receptio conuincere mihi videntur. Nam οὐκαθεύ non re tantum ipsa publicare significat: sed formam quoque conceptam verborum certorum, qua id assolet fieri, videtur comprehendere: quandoquidem nō raro euulgare quoq; & in notitiam plebis deducere verbis, aut scriptis e ij deno-

ORIG. MONAST.

De obedientia denotare certum fit. Deobedientiæ voti nihil videtur mihi planius, ac certius ijs, quæ Iosephus de Eſſenis memorat. Nam primum adeò eluxisse in ijs testatur obedientiam, & animi promissam ſubmissionem: vt habitus, atque incessus puerorum ſuum pædagogum metuentium, & vna cum eò versantium præfereſſerent verecundiam, & parendi ſtudiū. Qua: testificatione quid dici maius, ac ſignificantius quiuerit: equidem non video. Deinde obedientiam, & geſtum ſenioribus morem poſitum ab ijs in primis virtutibus adfirmat. Ad hæc cum Areopagita noster Therapeutas Apoſtolicos aiat nō episcopis modò, & prebbyteris oportuiffe parere, verum etiam diaconorum debuisse capere imperia; & horum fuerit dispensatio rerum ad victum, & veſtitum necessariarum: Iofephī curatores (vt alibi indicatum est).

M A T T H. G A L E N.

est) existimo intelligendos esse diaconos, de quorum nutu ita refert perpendisse Eſſenos reliquos; vt præter familiarem commutationem, ſtipem, & donationem aliis, quām propinquis factū nihil abſq; confenu horum tentare, aut facere iis licuisse contendat. Quid de iudiciorum dicam firmitate, atq; auctoritate? Quid de mutua inter ſe veneratione, & reuerentia? De honore ſacerdotibus ſuis delato admonuimus non nihil alibi. Certè non ſecus ab iisdem illis curionibus dimiſſos ad opificia ſua narrat Iofephus: quam ſi eorum tanquam præceptorum fuiffent diſcipuli, vel eorundē instar parentum filij, vel denique veluti pædagogorum pueri (vt Iofephus ipſe comparauit) extitiffent. Atq; hæc de Iofephī monumentis ſublegiſſe ſufficerit: tranſeamus ad Philonem. Qui primum ^{Ex Philone.} De castitatis voto.

e. iii plexus

plexus (vti dictum est ante) dicit Therapeutas mysterijs veneradæ vitæ perfici, atq; initiari. Nam si cui totius historię ductus non persuadeat hæc istum ad modum certissimè sese habere: ei fiet ab alijs duobus, qui voti naturam apertius explicant fides. Quod ergò ad virginitatem, & vniuersum continentię genus attinet: narrat Philo inter Therapeutas omnis sexus, & ætatis fuisse homines, florentes ētate adolescentes, nonnullos à prima ætate (quod pulcherrimum & maximè diuinum pronuntiat) & ephebos contemplatiūx isti Philosophiē sese consecrauisse; non defuisse foemineis sexus, quarum plurimæ fuerint virgines anus: vnde facile istorum intelligitur vanissima persuasio, qui vnquam à votis resilire impunè licuisse (quod optant) mentiuntur. Nam Therapeuticas has amore sapientię, & virtutis liberos mortales contempnisse

tempissime memorat: & immortalem duntaxat posteritatem quæsiuisse, quæ piæ menti à se se suppeditat Deo quasi patre radios intelligentiæ infundente, & velut semen diuinum ingenerante. Hoc nanque propositum nequit cum reditus ad vomitum spe consistere. Adeo aliarum virtutum castimoniam pro fundamento quodam putatam: ideoque labefactari nequiuisse absque virtutis omnis nefaria iactura. Postremò statim in limine historiæ therapeuticæ antequam adhuc de primo instinctu differuerit quicquam; vbi Philo gentes probasset multis modis cœcas: at verò (addit mox) genus therapeuticum, quod edictum est cernere eius, quod est contemplationē desyderet, & eū, qui sub sensum cadit solem supergrediatur; neq; vnquam hunc ordinem, qui ad perfectam adducit beatitudinem, deserat.

Iam

ORIG. MONAST.

De voto pau- Iam renuntiandi peculio votum eadem
pertatis. hac ratione euincitur clarissimè. Nam cui non planè decretum esset immori cōtemplationi; metumq; haberet reliquum fore; vt aliquando rediret ad ea, cum quibus nō conueniret ei: is nequam vnquam à se fortunas omnes alienaret; distribueret partim liberis, fratribus, sororibus, propinquis, & deniq; amicis; partim pauperibus, & indigentibus; non putaret (vt Philo fieri vult, & factū ab illis suis docet) se à Deo lumine donatum, cæteros qui in mundo versarentur, neq; amplecterentur cōtemplationem vnā secum, esse cæcos adhuc amore rerum temporiarū. Quid dicam Philonem non ignorauisse eos persuasos fuisse: sedum renuntiarent rebus transitoriis, mori, ac defungi vita huius seculi: Id quod etiam castitatis voti arguit perpetuitatem. Accedit eum & illud tradere:

illos

M A T T H. G A L E N.

113

illos *ἀμετασπενή* absq; vlla redditus opinione suis parentibus, liberis, fratribus, aliisq; propinquis, & necessariis valedicere. Quæ omnia, qui putet æternum, atque immobile nihil significare: equidem helleboro arbitrer non paulò indigere. Porrò voti obsequij obscuriora fateor *De voto obe-*
dientiae ex
Philone; hic apparent vestigia. Nam tantū discimus tunc etiam obseruatum, quod & Iosephus dudum retulit, & etiam nūc vbi que obseruari videmus in catholicis cœnobii: vt priores instituti amplexatione et seniores, et honoratiores ducerentur. Deinde quosdam fuisse diurnos ministros, seu *ἱερομετεριῶν*, siue illi diaconi clerici, siue exortes cleri dispensatores, ac curatores Iosephi sint accipiendi. Certè maximum quendam natu, & dogmatum peritissimum, & sacrorum ducem, & scripturæ sacræ interpretem, *ἱγειανά, ἐφεξχον*, & denique præsidem, seu *προστάτην* ap-

f pellat.

E.H.libro 2. ca. 17. 25³⁶.
 pellat. Quo nomine episcopum vult interrogari telli*gi* Eusebius cum Nicephoro: sed fortassis de presbytero verius intelligetur, utpote proprio mysteriorum monastico rum administro, & qui vna cum illis semper versaretur, & quidem ipse sacramentis iisdem initiatus. Sed quis cunctas persequatur minutias? Ista ergo putamus fore satis: reliqua ex libro sat noto, & supra adductis studiosis relinquimus petenda; & ad nostrum contendimus iam Areopagitam. Hic (ut paucis plurimis complectar) tria in votorum Therapeutarum nuncupatione tradit, quæ diligenter hoc loco sunt obseruanda. Primum nanque testatur sacerdotem ei, qui initiari optet; perfectissimam enarrare, ac proponere vitam. In qua oratione, dum perfectissimam appellat vitam illam: palam alludit ad Christi responsum datum diuiti iuueni: si vis perfec-

Ex Areopagitam de 3. votis monasticis.

Math. 19.

ctus

ctus esse, vade, vende, quæ possides &c. Deinde ponit ἀποταγὴν, quam beatus Epiphanius mauult ἀποταξίαν nuncupare, nos latini renuntiationem. Cæterum hęc renuntiatio duplex est eidem ibidem; vna, qua rebus ipsis pugnantibus cum instituto ipso remittimus nuntiū; altera, qua non iis tantum, verum etiam earum concupiscentiæ, & imaginacionibus æternum dicimus vale. Postremò ἀπολογίαν, quam nostri ferè professionem, & quidem aptissimè conuertunt, ponit, qua omnia ea candidatus vobuet, quę forma perfectæ illius vitæ complectitur. Et quidem Dionysius ipse non indicat, quæ eo pertineant, quiduscum perfectione illa pugnare sit credendum: at beatus Maximus eius dignissimus scholiaстes, & eodem, quo auctor præditus spiritu, tria ista nominat: promittere Deo primum dicit ca-

f ij stita-

stitatem, & renuntiare matrimonio; deinde vouere inopiam, & omnis peculij fugam; abominari autem mercaturā, qua nouum peculium compararetur: postremò obedientiam addicere Deo, & nuntium æternum remittere militiæ, cui sua erat prærogatiua, & mira licentia olim; ita ut milites penè ab omni eximerentur imperio, & iurisdictione. Nam renuntiatio, & professio idē planè significant: nisi quod vna vnum aduersorum duorum; altera respiciat alterum; illa vitiosum, hæc verò laudabile. Illud vnum præterire in gratiam castissimi illius Lutheri, & leges ciuiles æquantis euangeliō non possum; tametsi huc nō pertineat: codicem, & nouellas vehe- menter suffragari eius cum sacra Cate- rina sua tædis. Nam libro primo cod. 3. Conſt. 5. Si quis (ait imperator) facram virginem vxorem ducere tan- tummodò

tummodò tentarit, capitali poena feritur Et conſtit. decimatercia tit. primo no- uell. Quę diaconissę (inquit) ordinantur, admonentor ac ſciunto, quod ſi contra- cto matrimonio aliaue vitæ ratione fu- ſcepta dedecorare ordinationē aufæ fue- rint: reę mortis fient, & facultates ſuę mo- naſterijs, aut Ecclesijs ſuis applicabūtur. Qui verò ducere eas, aut conſtuprare au- ſi fuerint: gladio obnoxij erunt, eorum- que ſubstantiam fiscus capiet. Quantillū autem hanc poenam mitigauerint Basili- ca, & quam honorificē de huiusmodi ſa- cro ſeminē codex ſentiat; quoūe haberi loco velit; quidq; ſacrosancti canones de ijsdem monſtris conſtituerint ex nono titulo Nomocanonī cap. vigesimo nono cuiq; promptum eſt cognoscere: nos i- ſtud appoſuiffe contēti; ne clam quoquā defertore eſſet, quām ſibi ius Imperiale blandiatur, ad quod ſolent cæci prouoca-

f iij re,

re, atq; appellare; reuertemur ad originū solarum adsertionem. De hisce nāq; iam plus quām constitueramus, solam hacte-nus persecuti antiquitatem, & originis ve-re lineamenta; iam differuimus: & nostri quicunq; ante nos quicquam sibi elabo-randū hac in causa putarunt; hic ferè sunt diligētissimi, & copiosissimi; quarē his iā mīssis, ad reliqua progrediamur porró.

DE IDONEIS MONASTICES CANDIDATIS; ET FORMA EIVS

diuīna, seu benedictione, qua monachi initientur,

C A P V T X.



Aius Plinius libr. 5. cap. 17. Naturalis Historiæ, vbi de Eſſenis Iudæis ad Engaddā in palmetis non procul à lito ribus Alphaltiticis degentib. ſcribit, quos non ſatis probè norat: adfirmat illos for-tunæ agitatos fluctu, & vita laffos, & im-pulſos deniq; vitæ pœnitentia ad mores

eos

eos ſeſe conſerre. Verum homo, & inſi-delis, & magis ſtuđiosus, auidusq; lectio-nis variæ, ac plurimæ, quām lectorū pon-derator, & diſquisitor: hæc vel non intel-lexit, quæ legerat apud fideles historicos fortaſſis, meliusq; rem habentes comper-tam; vel certè temerè audita videtur pro-fuis opinionibus aliò detorſiſſe. Nam lo-cus iſte, quem aſſignat omnino de Chriſtianis eum loqui arguit; anachoretis (in-quam) & ſolitaria cœnobia habitanti-bus. Nam Iofephus ſuos per ſingulas ciui-tates voluit habere ſua collegia; neq; vllā in prolixiffima illa narratione ſeceſſus deſerti habet mentionem. Quæ res ob-feruata & eos reuincat, qui noſtræ ſen-tentiæ, qua Eſſenos Iofephi cum Therapeutis eosdem adſeuera-mus; nolint for-tè ſubſcribere. Quapropter cum Plinius audiffet alicubi, aut legiſſet (quid enim ille non peruoluit?) for-tè etiam vitæ

ORIG. MONAST.

vitæ pœnitentia ductos confluere ad Eſſenos: pœnitentiam vitę videtur intelle-
xiſſe viuendi tædium, quo fit; vt caſu, at-
que infortunio adſticti mori, quām viue-
remagis optent; ad eundem modum de
paupertate, & alienatione peculij, itē de
mortis inuſitato quodam genere occa-
ſione quapiam nonnihil adſecutus; laſſos
vita, & fortunæ fluctibus adactos eò de-
latos, & quaſi adactos perperam, ac falſo
adſeruit. Quid enim non infidelitate ſo-
lla, verum etiam cupiditate, ac præjudicijs
mūdanis anticipatus, ac captus: de rebus
his nouis, atq; alibi inauditis aliud, quām
futilia, vana, atq; aliena potuit commini-
ſci. Etenim licet olim nō ignorem inter-
dum his occaſionibus factum; vt quidam
mundo dicerent æternum vale: attamen
harum cauſarum tantum meminiffe, ita-
que pro primis, ac præcipuis videri habe-
re, nequaquam decebat. Philo nanque
recte,

MATTH. GALEN.

117

recte ac veriſſime monet: prætantissi-
mum, & cum primis diuinum eſſe iudi-
candum; ſi ij, qui necdū, aut vix ex ephē-
biſ exceſerint; ſe philoſophię huic gene-
ri dent, quod in laudatissima poſitum ſit
contemplatione. Nam quātum arbitrij,
tantum & laudis; quantum neceſſitatis
in voti aditione apparet; tantum à vir-
tute deceſſionis neceſſe eſt fieri opine-
mur. Melius ergo, ac verius, quia & ipſe
veritatis certior, ac fidelior Philo; de mo-
naſticeſ prisciſ candidatiſ, & cauſiſ, quaſ
eos mouerint, libro iam nimis ſæpè pro-
ducto apostolica tradidit tempeſtate. Pri-
mū nanq; negat eos ex more ſe ad The-
rapiam cōſuerre recipere; ne quis patriæ,
& iudaicæ fuſſe ſuperſtitioniſ tantū, aut
ſectæ cuiuſpiam opinetur; deinde neque
exhortatione, aut obſecratione cuiuſquā
fieri ſolitum tunc adſeueraſ; tametsi no-
stra ſocordia vix vlliſ ſtimuliſ precū, ad-
g moni-

*Ex Philone de
candidatis mo-
naſticeſ.*

monitionumq; nunc ad salutarem portū hunc capessendum posse videatur compelli: sed cœlesti raptos esse amore, & haud secus quā Bacchantes, & Coryban tico furore agitatos, Numinis instinctu vñq; dum contemplatione rei sibi optatissimæ perfruerentur; fuisse & illos incitatos. Cuius sacri impulsus in plurimis etiā hac nostratempestate, qui ritè ad monasticon accederent, & eam forent exornati suis moribus vidimus insignia exempla. Nam quosdam nouimus, qui subito veluti è somno excitati, cū omnium admiratione delicijs, opibus, honorib. spretis, musis quoq; amœnioribus, & (sifas sit hic mundi vti vocabulis) humanioribus dicto vale; prius Christi circumgestasse iugum comperti fuerunt, quam necessariorum quisquam vel suspicari potuisset. Frequentissimè autem enthusiasmus iste apostolicus existit, ac conspicitur in no-

stri

stri temporis Iesfæis, seu Iesæis tanquam germanis veterum Therapeutarum, & Iesfæorum hæredibus, & certissimis nepotibus, quos vulgus nunc Iesuitas ma uult nouo appellare nomine, & multis Diaboli obnoxio (quæ tamen irridendæ sunt potius, quam curandæ) calunnijs, & suorum maledicentissimis blasphemijis. Sed & in alijs plerisque omnibus institutis diuina hæc vis adeò necdum desijt: quin in catholicis locis, & potissimum benè institutis Academijs cotidiana penè edantur specimina. Etenim Louanij Therapeutida quandam nouimus viri senatorij, atque optimi filiam charissimam, & familia sua minimè indignam, ac iam nubilem; quæ cum forte ædem apostolorum Coryphæo Beato Petro sacram, ac commissam transiret paternis ædibus vicinam: itaque licet

g ij aliò

*Iesuitæ genui
num, & gene
roffissimū apo
stolicorū The
rapeutarū seu
Iesfæorum fe
men, et rediū
na stirps.*

aliò tederet, commoditate tamen illa visitata vtendum sibi putaret, & forte conspiceret ibi nō deesse, qui etiam tunc, hoc est, in capite iejunij, quod nostra barbaries, & impietas Bacchanalia, seu Satalia audet appellare; more maiorum se se expiarent sacerdotali absolutione, & compararent ad qualescumque sacratissime quadragesimæ exercitationes seu aceses, & ad hoc opera sacerdotum instituti, quod reliquias germanas prisorum dixi retinere Iesæorum, vteretur: subito tali correpta fuit Numine, & Therapeutici amoris incendio; vt procis quibuslibet, ac nuptijs, imò parentibus, totique mundo nuntio remisso se se Deo ita addiceret; vt nullis periculis, moris, tentationibus frangi, aut aliò abripi à familiarib. hoc agentibus quiuerit; & tandem se se discipulam beatissimè professâ fit Claræ. Similia, nec minus illustria vidimus in

eadem

eadem celeberrima vniuersitate, nostra parente semper omni iure nobis veneranda, exempla candidatorum Franciscanæ disciplinæ: quæ iuuaret quidem cōmemorare; sed longū esset, & ab instituto nostro alienū. Quarè suffecerit illud duntaxat hoc loco constitutum habere; huiusmodi cœlestem, ac diuinum instinctum esse antiquissimum, & monastices proprium: & ne nunc quidem rebus Christianis admodum attritis defecisse; sed conspicuum permanere in legitimis monastices catholicæ alumnis. Nam vt hi pleriq; cum veteribus etiam certare nō immerito videntur posse, qui à Deo istum ad modum fuerint tracti: ita quos caro, & sanguis, ambitio, pigritia, voluptates, ignavum otium, & id genus nimis quam nota vitia, vel sua, vel certè parentum ad monastiken adigunt, tantum ferè abest; vt meliores euadant; Sacra-

g. iii mentum

ORIG. MONAST.

L.E.H. c.7. mentum venerabile ipsum non fecus, quām cætera, quæ maiora nuncupat Areopagita noster, & maximè fastigium omnium Eucharistia; sese vlciscitur de prophanis, atque impuris mystis; itaque in grauissima, & mundo notissima scelerā dilabuntur; occultas hæreses, & omne intemperantiæ genus, si maneāt; impietates, periuria, votifragam perfidiam, desertionem, & ad postremum incestas ter, quaterq; coägmentationes, quas tamen ipsi nuptias dicitant; & hæreſeon venditationes. Sed valeant impurissimi mortaliū isti, & faceſſant toto cælo ab hac castissima disputatione: ac progrediamur in affectibus priscorum Therapeutarum exponendis catholicō lectori. Quocircà ſi quid aliud pugnat in primis cum vera monasticè ambitio, auaritia, voluptatum ſectatio, & carnis, ventris ſue cura. Nam idoneum Therapeutam futurum

M A T T H. G A L E N.

120

turum memorat Philo perſuafum ſe moriturum ſacramenti eius factione, ac ſuceptione; imò tum mortuum antè eſſe debere ſolo proposito. Non enim alio aīo, quām hoc dereliquiſſe omnes suas facultates eos teſtatur: niſi rū quod tūc velut iuſuis h̄eredibus teſtamento, quibus liberet, ſualegarent; & penitus curiſ talium rerum, ac mundi totius defuncti exiſtere deinceps deberent. Etenim li-
cet iuuare legatiſ boniſ ſuiſ quaſi h̄ere-
des quoſdam optarent: tamen miſera-
bantur eosdem potius; qui cupiditatibus
taliū curarum adhuc capti; potiora, ac
vera bona pariter haud expeterent, neq;
adeò nouiſſe ſatis viderentur. Defuncti
igitur iſtum ad modum remoris, & im-
pedimentis contemplationis, nō modò
ciuitates, ac turbas fugiebāt, & ſola loca,
& ſolis eiusdem ſtudij ſectatoribus fre-
quentia

quentia capeſſebant; ne quis in recessu putet decus ſummuſ poſitum: verum non minus, ſed omnium etiam maximè remittebant familiaritati ciuium, atque oppidanorum promiſcuorum nuntium. ob tumultuſ de rebus momenti nullius, & quæ cernere neceſſū fuifſet pernicioſa exempla. Quin & liberis ex ſe natis, parentibus, fratribus, ac fororibus; nedū cognatiſ aliis, & amicis æternum dicebant vale; & naturali illi œſtro frænum iniiciebāt: quandoquidem & huiuſmodi affectiones, tametsi naturales, veheſtiter animi tranquillitatē, ac contemplandi diuina facultatē remoren‐tur. Ex quo liquet, quām ſint apti ad therapiæ professionem, qui maximè arduā hanc philoſophiā ideo aggredi non morantur: vt ſuos iuuent, ditent, beent, & antiquo adferant ſua potentia, ac profuſione cōmunium bonorum ſtemmati.

De

Deiis, qui ſpurios ſuos ipſi patres nō tam Abbates, q̄ nouæ prolis genitores ſtu‐dēt, atq; audent creare: nihil eſt dicen‐dū hoc tēpore, quo non collapſam diſci‐plinā inter catholicos; ſed obſcuratā no‐bilitatē aduersus hæreticos defendendā nobis ſumpſimus. Magnū ergo eſt hoc pacto ſinere mortuos ſepelire mortuos ſuos; & ſequi conſtanter vnicum Chri‐ſtum: attamen diſſicilius eſt præſtatū ſe ipſum abneſare; & caro, & ſanguis cū ſis incorporeas æmulari nihilo ſegnius mentes. Nam indignū cenuiſſe aposto‐licos illos diſcipulos refert Philo carnem luce, atque interdiu neceſſario alioquin reficere alimento: & hoc neceſſarium quidem negotium, indignum tamen lu‐mine ſolis, in noctem (vt minimum) cuiuſq; diei tanquam opus tenebrarum diſtuliſſe. Hyſſopum ſalibus, & pani adie‐ctum adſcribit delicatis, & voluptariis;

h nec

nec non & aquam calidam: frigidam, & panem sale modò conditū victum nota cuiusquā expertem fuisse ab ijs habitum adseuerat. *Quid multis?* nemo non videt ea, quæ Christus à strenuis requisivit suis imitatoribus, cum diceret; qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: Philonem demonstrare rebus ipsis antiquos mona-

Ex. Dionys.
Areopag.
E.H.c.6ext. chos præstis. Neque aliud sanè uoluit noster Areopagita, quam eorundem observationē: dum regulæ Apostolicæ (ut ita vocem) capita recensens dicit mystagogum sacerdotem mystæ edicere perfectissimam ei agendam esse vitam, quippe quæ postulet non modò, vt huius vite, ac seculi sese abdicet negotijs, ac distractionibus; verum etiam, vt aduigilet; ne de id genus occupationibus, & curis vel in mentem vnquam veniat. Hæc nanque complectuntur exactissimam illam cuiusq;

cuiusque sui abnegationem. Verum de his rursum, vbi de finibus apostolicis sermonem series, ac locus postulabunt; sumus fusius disserturi. Iosephus equidē in suis Essenis præter specimen cōtinentiæ triennali spacio editū, & fidem de tolerantia, ac perseverantia æquali dilatatione, atq; expectatione factam morigera interea primi illius tēporis præscriptorū officiorū executione nihil singulare videtur requisuisse. Nā cætera nobis videtur ad ipsam pertinere initiationē, seu votorū nuncupationē. Cæterū vt expositę materię sua iā accedat quoq; forma, & de ea nō nihil præter ea, quæ dudu sūt obiter perstricta, adiiciamus: latini Areopagitę interpres pessimè oscitantia sua (non enim dicam inscitia) de monasticis sunt meriti; dū illius præcipuū ferè decus trāslationis vitio obscuratū per ineptias enarrationis penitus sepelierunt.

h ij Cum

Ex Fl. Iosepho

nagregias.

*De forma my
stica consecra-
tionis mona-
chicæ.*

Cū enim Dionysius scriperit de sacerdote monachum initiante : ὁ μὲν ἀρχὺς ἐσκεψάτης προσθέτω θέσην θυσιαστηρίου τῶν μοναχινῶν ἀπόλλησιν ἔργον γάρ: postrema verba mira varietate sunt à græco conuersa; Scotus monachicam inuocationem psallens; reddidit, quod Ricelus: psalmos decantans, qui magis pertinere videtur ad actū cōsecrationis illius enarrat. In eandē ferè sententiā παραφράζει Vercellensis Anton. cū cantu Deū inuocās pro monachorū benedictione. Saracenus ad sensum verum proximè: monachicam (ait) inuocationem decātās; nisi quod inuocatio huiusmodi parū nota sit latinis auribus huius temporis. Nam priscis illis latinis non fuit omnino incognita in sacramētis maioribus baptismo, eucharistia, & cæteris quinq; eiusdē dignitatis. Porrò Ambrosius orator supremus, atq; vltimus omniū translator adeò obscurè reddidit his vocibus;

mona-

monasticam psallens imprecationem: vt & Iod. Clithouæum in absurdum abduxerit commentum. Nam ista interpretatur hisce suis in cōmentario verbis: Psalmorum cantica huic rei accommodata psallens. Cum hunc errorem diluere, & cauere eos docere potuerint verba, quæ paulo mox à Dionysio ipso subiiciuntur, quibusq; diuinæ beatitatis trinam personam adserit à sacerdote, qui monachum consecraret, esse inuocatam. Siquidem & in baptismatis sacramento: prorsus ijsdem dictiōnibus de forma mysticala locutum esse Dionysium facilè sit animaduertere. ἀπόλλησιν autem consecrationis formā cum rerum aliarum; tum sacramētorum septem significare: est alibi à nobis fusissimè demonstratum; & exemplum est in 2. capite E.H. ipsius Dionysij, qua parte ^{Parte 2. iii. mysterio.} defontis seu lauacri regenerationis benedictione antiqua differit. Nam aquæ con-

h iij secrā-

ORIG. MONAST.

separationem sacris inuocationibus fieri docet: & 5. cap. per singulos ordines sa-
cros singulas nominat *επικλήσεις* seu inuoca-
tiones, quib. Episcopi ordinauerint pres-
*Parte 2. in
myst. sacrato-
rum ordinum.*
byteros, & Diaconos. Quin & ordini e-
piscopali adsignat suam peculiarē *επικλήση*
seu formam consecratoriam, hoc est, qua
sacramentum conferatur, ac perficiatur.
Quapropter nimis supina & translatorū,
& ipsorum etiam grācē nescientium cō-
mentatorum oscitātia, atq; imperitia est
hic nescio quem cantum, & Psalmos, aut
cantica, aut pro benedictione petitiones
configētiū: & formam mysticam etiam
colophone beatissimæ trinitatis inuoca-
tæ condecoratam, haud aliter, quām cete-
rorum maiorum sacramentorum tene-
bris, & omnium piorū inuoluentiū igno-
ratione. Non enim minor est honor sa-
cratissimæ monastices, eam à Deo huius-
modi esse forma, persimili (inquam) ma-
gnorum

MATTH. GALEN.

124

gnorum illorum 7. salutiferorum riutorū
crucis Christi esse ornatam: quām eandē
eximium administrum non monachum
tantum, nō clericum aliquem ex infimis
ordinibus, non ex sacrationibus quempi-
am modò Hypodiaconum, Diaconum,
sed Sacerdotē, cui etiā tremenda sunt pro-
priè cōmissa mysteria; fortitā. Ne quid di-
cam de Episc. qui olim admodū hunc ho-
norem, sacerdotali peculio ademptum
alicubi uidentur sibi communem facere
voluisse. Nam & Carthaginēsis 11. canō
virginem Sanctimonialem ad consecra-
tionem suo offert Episcopo; & Rotoma-
gensis Synodi caput. 9. disertē neque vi-
duas, neq; virgines vult à presbyteris vela-
ri; quorum prius D. Burchardus in libro
octauo Decretorum suorum caput vi-
gesimum tertium; posterius in 33. eiusdem
8 lib. cap. sibi referendum est arbitratus:
cuius. 17. quoq; cap. citat 13. Eutychiani
Decre-

Decretorum caput, quo tanquam stultiæ plenus, & Ecclesiasticæ contrarius auctoritati damnatur abusus tunc (vt ait) inolitus, per quem abbatissæ quædam nō verebantur tam virgines, quam viduas sacro imposito velamine veluti consecrare. Quadere non nihil, & alias attigimus: quæ capiti huic suffecerint obiter ita repetita. Cum igitur *μοναχική πίστις* confibratoriam certissimè denotet formam diuinitus huic mysterio attributam: *ἱερολογίᾳ* non est transferendum per cantum, decantationem, aut psalmorum modulacionem; sed (quod compositio poscit, ac sonat) sacrâ, ac minimè vulgarem otiosam, inefficacem formæ pronuntiationem; quemadmodum nos suo nuper loco conuertisse meminimus. Cuiusmodi autem formula verborum fuerit ab apostolis traxita Areopagita pressit silentio, qui nullas omnino sibi formas putauit adscriben-

das

das propter infideles; ne sacra nostra veluti prophanarentur; & ludibrio fortè lecturorū casu aliquo exponerentur. Quā religionem ijsdem in rebus, & alios veteres adhibuisse epistolæ ad Decētium ca. 8.P.M. Innocentij primi in fidei nostræ latissimè patentibus pomœrijs, & aliorū scripta adhuc recentiorum arguāt. Nos autem eandem putamus cum ea, quam catholica cœnobia omnia usurpant: siuti de formis aliorum sacramentorum ab illo quoq; præteritis solemus tradere. Qualis vero etiam hæc sit non est consilium propter hereticorum ista nō lecturorum modo, verum etiam allatrateturorū fortè rabié adiçere. Nam catholici quibus usus fuerit, aut piè cognoscere placebit ex beati Benedicti, & aliorum regulis non grauabuntur petere. Quarè iam ad fines apostolicos, & præcipuos veniamus breuiter perstringendos.

i

DE

ORIG. MONAST.
DE MONACHORVM OF-
FICIIS, ET APOSTOLICIS
FINIBVS.

CAPVT XI.



Taq; principio h̄ic obseruādum est, quod tamen iam alibi admonuimus, & Dionysius apostolico in ipsa conſeratione adſiſmat ritu, ac ſymbolo ſtationis adumbratum: nimirum monachum deſe vno eſſe oportere ſollicitum, neque illi, vt clero incumbere procurationem ſalutis aliorum. Si nanq; ipſe ſe Deo approbet, & vniat quā proximē: functus eſt offiſio monachi; tametsi non minus ei, quām Christianis priuatis omnibus putandum ſit à Deo mandatum de proximis, ac pr̄ſertim ſymmyſtis; quatenus charitas, & correptio fraterna hoc iſum duntaxat exigit; non quod rationem illam ſeuera m, quæ à pr̄epoſitis, & curionibus

MATTH. GALEN. 126

nibus clericis repetetur; ſint olim redditiuri. Quanquam ex Iosephi traditione retinendum putemus firmiter: Therapeutas ſolere iam inde à primo ortu alienos liberos quaſi adoptatos ſuis imbure disciplinis, quibus preſtitiffe eos excellenter idem ibidem commemorauit. Nā ferè viſque ad noſtrā peruerſiſſimā tempeſtatem, & indigniſſimum diuinæ monaſtices odium: tales in catholi- cīſ monaſterijs vbiq; gentium extiterunt ſcholæ; vt ijs acceptos ferre oporteat Heroas vniuersos, quos Germania, Gallia, & reliquus penē occidens vniuersus pro apostolis, & pr̄cipuis habet in cœlo patronis. Nam & Philo cele- brat priuata ſtudia, & commentationes varias physicas, poëticas, & exegeti- cas: & pr̄fectum enarrantem, ſcripturas inducit, quem etiam peritissimum

i ij dogma-

dogmatū appellat.. Quapropter qui inscitiam omnis generis maximè tamen sacrarum literarum putant decere monachos veros toto (quod dicitur) errant cœlo.. Nam cum theoretae seu theoretici ijdem sint cum therapeutis, & vbique contemplatio à Philone pro fine præcipuo monachorum præstituatur, & meditatione tam in nature disciplina, quam in lego: palam est cum externarum, tum sacra rum literarum vel peritiam, vel certè diligens studium cum primis monachis esse necessarium, & non tantum conducibile. Intolerabiliores autem illi, qui cū monachi optimè sint meriti de omni studio rum Christianorum genere. tum libris, tum institutionibus voce viua: nihilominus quasi auctores inscitiae, ac barbariei omnis non desinunt incessere.. Verum & de his post dicetur opportunius: nunc ceremonias Areopag. & notationes per currente ante, q̄ properemus ad presidia

alia; quod symbola mirè iuuent memori am; et precipuas, & maximè cōducibiles fines ponant lectori attento ob oculos.. Ac primum quidem cum therapia legitimum dei cultum designet: huc studia omnia monachi tendere debere meminerimus. Iam ne forte is cultus cuiquam sufficere videri queat, qui positus sit in supplicatione alterutrius partis, aut etiā vtriusq; (vnde etiam habuere nomen Philoni) absq; animę sanitatem, & iustitiam: primum eiusdem vocabuli ambiguitas suffragatur, quod medelam quoq; valere diximus; deinde monachi epithetum non solum auocationem à rebus à Deo alienis, & cum amore eius pugnantibus; verum etiam intimam cum Deo vnione postulat. Nam ab unitate hominis cum Deo, & in Deo constituta istud nomen tractum: dictum est nuper, & rursum alibi non longè post adstruetur. Quid

ORIG. MONAST.

Monachi Are dicam eosdē monachos εὐαίρεις, & ad vniuersitatem aptos, vniibilesq; (vt sic loquar) ab eodem Areopagita non uno vocari loco. Verū de his ante actum est pluribus: iam detypis cæremoniarum porrò disseramus, præstat. Principiō igitur statio illa initiandi ponè quidem suum mystagogū sacerdotē, proxima tñ eidem: significat fide dignissimo Areopagita auctore; Therapeutas veluti comites ire clero, & vltro, libēterq; procurrere iuxta eos ad sacerorū, quæ ipsis quidē cōmunicentur, sciētiā. Nam semel, atq; iterum monet monasticū ordinem nō esse redigendū ad humilitatē plebeculæ: sed mediū quidē existere inter clerū, & populum; magis tñ accedere ad cleri dignitatē, & eminentiā, quam ad plebis deiectionē, & vilitatem. Vnde colligit nō pauca licere merē laicis, quæ nequaquam permissa sint therapeutis. Hinc ἀποταγὴν

(quam

Are opagita εὐαίρεις.

*Sæpè cap. 6.
lib. E.H. parte 3.*

*Initio theorie
6. cap.*

M A T T H . G A L E N .

128

(quam ipse mauult appellare) indicare ait perfectissimam monachorū vitam, & (vt ipse appellat) philosophiam, quæ mandatorum eos vniire cum Deo valentium notitia, atq; intelligentia cōstet, ac perficiatur. εὐτολαὶ autem εὐποιαὶ (has enim dictiones mōdō interpretatus sum) sunt, quæ vulgō catholici partim opera supererogationis, partim euangelica dicimus consilia: heroica nempē illa facinora, quæq; magis ardua censuit legislatoris humanitas, quam vt promiscuē fragilitati humanę vellet esse præcepta; generosiorib. tñ pectorib. præstituta cuperet, ac suaderet; vt ad præstationē eorū cōtenderent; quoper multos sanè oībus seculis pertigisse cū sūma gloria sua, & beatitudinis prægrādi, ac raro prēmio videam⁹. Quā etiā ob remox adseuerat deberem monachos in cleri sacratis. pro virili cōscēdere, ac trāsformari perfectionē, vñiri

ORIG. MONAST.

vñiri Deo, & cum eo in vnitatem sacrā coire. Nam vota eadem nuncupata, & consilia persimilia vtrosq; dū ab iis p̄stentur; vnos cū Deo reddere intelligit proculdubio noster Areopagita. Crucis autē signaculū momento ordinationis initiando impressum figurat eodē hoc interprete omnium omnino carnalium cupiditatum vacuitatem, seu (quod ipse habet) ἀνεργίαν, qua dictione nihil effetu hodie videtur difficilis, & (si verbo eo vtendum mihi putent) magis impossibile. Etymum nanq;, & compositonis sonus requirere videtur: vt adeò alie nus à prauis cupiditatibus existat perfectus monachus: vt ne sentire quidē earū molestiā debeat; & integras earum experietur, agatq; ferias. Adhęc detonsum capillum vult monachis innuere: mentem ipsis nō esse externis coloribus, aut ornamentis fucandam (non enim dixerim

MATTH. GALEN.

rim comendam) sed pulchritudine, ac decore vi vniēdi præditō, & monachico eā ad similimā Dei formā esse excolendā, & exornandā. Porrò detractionē vestis laicæ, atq; alterius sumptionē interpretatur ibidem Dionysius à vita media ad perfectiorem conattū. Osculū autē mutuū adserit arguere omniū piorum, & ad imitationem Dei mores instituentium cùm charitatem, & cōcordiam; tum de cōmunicatione huiusmodi bonorū diuinam congratulationem, & veram lætitiam. Ex quo intelligendū est, quanta animorū consensio, & in sancta, atq; honesta omnia studia conspiratio debeat perpetuò existere intersymmytas, & quasi quosdam contubernales eiusdem cœnobij: & q̄ deforme sit vulgo etiam iactari non absq; adagij specie nusquam magis, q̄ in monasteriis regnare simulates, atq; inuidentias. Nam Dionysius k Areo-

Areopagita idem tota ferè 8. epistola, quæ ad Demophilum monachū, & The rapeuten extat: hominis perturbationes cum alias, tum iram, & temerarium zelum maximè damnat, atque exagitat; & docet eum, nullum ei suppetere in alium quenquam imperium, quām in suas perturbationes, & præcipue iam ad signatas. Id quod ei vehementer cōmendat: contestans in hanc partem hominē monachum in primis vigilare, & toto nisu oportere incumbere. Ad postremum (licet id huc non pertineat; tamen ut rituum omnium vna opera; quia cœpimus, absoluamus interpretationem, communicationis tremendorum mysteriorum continenter initiationem monachicam consequentis docet esse mentem, & significationem: ritè sacratos monasticis initiantis propria eorum facultate, atque efficacia adiutos non modò ad

con-

contemplādum sacra illa sua idoneos, & aliorum sacramētorum plebis instar participationem euadere; verum etiā ad plus fructus reportandū ex Eucharistiæ perceptione, quām à plebe queat capi; etiā si fortè alijs in reb. necessarijs, atq; aptis nihil sit Therapeutis ipsis inferior. Atque hæc equidem monastices facultas, & gratia effet nobis explanāda fusius: nisi aliò pertinere eam disputationē putaremus, ideoq; etiam destinaremus; quapropter hæc delibauisse ex Areopagiticiis traditis sufficietur cōfidimus nostro lectori; ijsq; paululū ex coœuis ei testib. adjiciemus. Nam hæc eadē ex ipsis sigillatim demōstrare, ac confirmare: neq; necesse puto dictis eorū vniuersis iam prescriptis; neq; graue fore lectori speciem illam inculcationis eorūdem dubito. Ergo illa duntaxat attīgēmus nūc iterū: quę Areop. cōgit præterire, vel obscuri⁹, ac generatim k ij modò

ORIG. MONAST.

modò notare. Ex quibus non postremū illud esse censeo, quod Philo cōtemplationem, ac philosophiam ita præstituat therapeutis suis scopum: vt eam duobus finibus determinet; uno vt doctrina, ac sapientia augeatur studij illius affiduitate; altero vt pietas, ac religio eruditio ne augeatur modò, sed & perficiatur. A quo Iosephus posteriore loco non abludit: dum non dubitat quidē profectum Essenorū suorū cōmittere, imò præferre cunctis græcorum vigiliis, & conatibus cum in iustitiae laude, tū etiam doctrinæ, & ingenij, mentisq; cultu; interim medicinæ vtriusque hominis, ac theologiæ maiorem ab iis rationem habitam profitetur. Hanc nanque curam præcipuam iis fuisse. (vt ferè piis semper fuit, atque esse quoque debet) palam, neque id semel adfirmat. His. & illud per opportunè accedat:

videri

MATTH. GALEN.

131

videri posse Iosephum tradere priscos monachos laborauisse cūctos manibus, cum Philo contrà videatur in suavelle historia vniuersos soli deditos fuisse contemplati. Verum Iosephum admiscere Christianos laicos historiæ Therapeuticæ neq; obscurū est, neq; ante semel admonitum: qui vt hoc loco de solis laicis non loquatur, quos conuenire ad statas preces, & à presbyteris cum precibus, ac benedictionibus solere dimitti ad sua, frequentissimè mensas coniungere, & vnā capere cibum: etiam extra tempus Dominicorum conuiuiorum notissimum est ex vindicium fidei nostræ Apologeticis defensionibus consueuisse; tamē ex ipso, & ex Philone facile est aduertenti animum argumentari non simplex discrimen extitisse etiam inter monachos. Nam Iosephus non modò tyrones agnoscit triennes, qui victu, alijsq; ri-

k. iiiij. tibus.

ORIG. MONAST.

tibus differebant à iam initiatis : verum etiam hos ipsos partitur in tres classes, quæ temporis quidem ratione potissimum, rebus tamen alijs quibusdam etiam inter se fuerint distinctæ. Nam quod ne contactum quidem posteriorum tulisse aiat priores; & lustratione sibi opus esse duxisse: id vel Essenicum seu Pythagoricum, vel Hebioniticum, vel deniq; temerè de vulgi fabulis confictum, & nudæ veritati assutum oportet putare. Iosephus ergò dum agriculturæ Effenos alicubi vacare adfirmat, & sarculum adsignat; & nihilominus ciuitates habita-re tradit; potissimum eruendis gemmis, & ethicis scriptis, nominibus angelicis, animorum immortalitati, eorumq; pre-mijs æternis, ac supplicijs & id genus theologiæ cognoscendis operam dedis-se; & quenque ad suas artes dimissum à curionibus siue diaconis, siue presbyte-

ris,

M A T T H. G A L E N.

132
ris, siue denique alijs Therapeutis præ-fectis, & procuratoribus commemorat: profectò quosdam liberalioribus arti-bus, ac studijs, hoc est, Theologicæ con-templationi sese dedisse; alias his veluti necessaria subministrasse, agros com-munes coluisse, & cætera, quæ ad vi-cium pertinent, comportauisse, atque administrasse; & mutuam ab illis con-solationē hos retulisse, informationēq; docet. Quanquam præsidibus id Phi-lo adscribere vnis videatur: qui tamen collationem inter eos mutuam extitif-
Rom. 12.4.5.
Co. 12.2. Eph. 4.2.
se non dissimulat; si quid ab illo dictum alicuius fugisset captum dissidētibus pro-ximè satis perspectum. Quin & cha-ritas illa prisca inter se monachorum ple-runque à clero alienorum: non secus, quām humanum corpus (cuius D. Pau-lus meminit non raro) suma charitate, ac cōcordia inter se obsequijs mutuis certa
4.B.
uerit; adeò ut ab hac laude potissimū lau-

ORIG. MONAST.

dandū sibi hoc institutū priore loco puta
uerit Iosephus ipse. Gaudebat igitur mā-
cipati agriculturæ se angelis illis, & theo-
reticis symmystis manibus, ac sudoribus
suis seruire; itaq; in participationem me-
ritorum eorum pertingere. Quod de mi-
nistris mensalibus (quicunque tandem il-
lifuerint) manifestè tradit Philo. Nam
etiam nunc laici, ac conuersi (qui dicun-
tur) monachi (quales principio erant ple-
riq; omnes) amplexatis contemplatio-
nem, hoc est, clero destinatis, aut ad eum
iam admissis (sicuti nunc penè omnes sa-
cerdotio insigniuntur, & populi quoque
informationi non pauci præficiuntur) le-
tissimi subministrant necessaria cuncta,
& obsequiorum assiduitate, atq; alacrita-
te certant inter se illis studia sua approba-
re, quo vicissim fructus aliquid ad ipsos
partim ex institutione priuata, partim
ex sacrificijs, partim deniq; ex heroicis
alijs

MATTH. GALEN. 133

alijs virtutibus, & precibus redeat. Quā-
uis ergò bona conferrentur in medium,
ac commune à tyronibus: attamen cul-
toribus opus erat; & qui lucrum etiam fa-
cerent honestū mercenario labore; cum
pauperibus aditus pateret, & frequentio-
res accederent; & diuites quoq; Philone
teste (vti & nunc moris est, vbi non vo-
uetur mendicitas) non raro propinquis,
aut alijs, quibus vellent sua veluti testa-
mento legarent. Ex quo promptum est
ostendere & Philonē hanc ipsam distin-
ctionem (vt minimum) duplicem agno-
scere: qui candidatos post renuntiationē
rebus omnibus à Deo alijs factam, adeo-
que mortem oppetitam nudos afferit ad
Therapeutas se contulisse, neq; indidem
defuisse vnde alerentur, ac vestirentur ni-
tidè. Nam & propinquis, & amicis æter-
num eos dixisse vale narrat: ne quis hinc
suppetuisse illis libros, & cætera mona-
chicæ

chicæ illi necessaria vitæ in illo contemplationis perpetuo otio, & latitâdi consuetudine suspicetur. Quam ob rem non nullos eodem sua contulisse, & quosdam pro illis esse operatos manib. (quod Mel
Hanc. 80.
 falianis Epiphanius apostolicè institutio
 nis, & primæ germanitatis esse censet in
 monachis maximè solitarijs) necessū est
 confiterisensisse Philonem. Huc perti-
 net & cellarum, & vestimentorum, & vi-
 etus à Philone notata vilitas, prædica-
 ta frugalitas, simplicitas, & vitæ austeri-
 tas plusquam Laconica, in rebus omnib.
 ab ijs quæsita; & à Iosepho quoq; cultus
 corporis neglectus; & modestiæ eius vo-
 ta adeò humilitas. Nam inter alias sacra-
 menta, quæ nuper ex Iosepho petita ad-
 scripsimus prolixè, vnum est, quo sanctissimè
 promittitur à singulis: nullo habi-
 tus nitore, aut cultu singulari se ab alijs
 velle differre, ac videri cupere excellere;

sed

sed prorsus indistincto velle vti genere
 vestimentorum. Quod & de curatoribus:
 fuisse nimirum indiscretos externo habi-
 tu; speciatim monet idem. Taceo ijsdem
 illos contentos fuisse vestibus, ac soleis:
 donec vel usus consumeret, vel casus cō-
 scinderet, & inutiles redderet. Quapro-
 pter hinc licet discere monacho humili-
 tate, animi submissione, externi luxus fu-
 ga, atq; execratione: deniq; simplicitate
 nihil prius esse oportere. De audientia di-
 cto, & obseruantia magistratum quo-
 rumlibet, non suorum modò, sed & ex-
 teriorum; dictum est alibi. Restat igitur
 precatio, psalmodia, & pernox quoque
 oratio inter antiqua monachorum offi-
 cia præter assiduitatem studij, & diuinæ
 rei frequentationem. Nam de hac ob-
 scurissimè tam Areopagita, quam duo
 isti loquuntur; quorum ille tantum pecu-
 liarem vim sese accommodandi, & ca-

I ij ptum

ptum supra plebis tarditatem sacramen-
torum attribuit therapeutis; & locū post
clerum proximum: hi duo tum anteluca
narum, tum aliarum precum, & hymno-
rū nomine (quibus vocibus & in scriptu-
ris venit non rarò, vti alibi vbertim dis-
feruimus) comprehendērunt. Iosephus
tamen sacerdotum meminit disertè: ta-
met si eos ad apparatus cibi deputet; sed
(ni fallar) alium, quām vel ipse, vel certè
gētes norāt, quibus scribebat. Siquidem
& Philo post præfecti hymnum absolu-
tum, & à singulis clausulam subiectam
ceteroquin cum silentio auscultantibus,
& deniq; viritim hymnum decantatum:
mensam illatam cum sacratissimo omni-
um cibo à Diaconis seu ministris diurnis
refert. Quorum illa de re diuina intelligi
debere iust. martyris 2. Apol. & 3. E.H.
cap. Areopagitæ nostri, vbi formæ, atq;
eucharistiæ amen consuetū succini à fin-
gulis.

gulis traditur: attentis, atq; æquis arbitris
lat scio persuadebunt. Hymnos singulo-
rum cum de alijs psalmis, tum de sacrifi-
calibus, qui plurimi fuerunt principio (te
ste Laodiceno canon. 17.) Apostolicali
turgia probauerit intelligendos diligenter
examinantibus, & cum tertio cap. E.
H. Dionysij parte 3. conferētibus. Quin
& enarrationem scripturæ, quam Philo
ad signat ducibus, & moderatoribus, esse
homiliam sacrificium antegressam ferè:
eiusdem dudum indicata apologia decla-
rabit. Iustini nanq; scriptum illud: meri-
tò commentariū ad historiam istam Phi-
lonis dixerimus. Quod si verò huic intel-
ligentiæ quisquam putet obstatre vesper-
tinum à Philone indicatum conuiuij tē-
pus: is meminerit in Ægypto vicina A-
lexandriæ (qua de Philo scribit) morem ^{Nicoph. ii. 12.}
fuisse ad modum priuæ institutionis sub
vesperum sacris operandi, & sacrum con-

I iij uiuum

^{cap. 39.}

uiuum miscendi cum alimento corpora li. Sed de eare nos in adsertione missæ quodā loco disputauimus accuratius. Cę terum hæc istum ad modum ex Philone intellecta planissima faciunt Essenica apud Iosephum placita; & derebus ijsdem intelligenda, de quibus iam diximus, certissimè arguunt. Peruigilia aut Philonis nostræ sunt vigiliæ solennes, propriè tamen de paschalib. loqui eum testis est Eu sebius, & res ipsa: cuiusmodi nihilominus certis alijs temporibus semper usurpatas notius est; quā vt admoneri debeat. Antelucanæ verò Iosephi precationes, qui non vt Philo de 40. solum, aut maximè agit: matutinę catholicæ sunt, quas hymnis, concentibus, antiphonis, metris varijs, & omnis generis carminibus constitisse ostendit Philo idem. Qui licet tam à singulis alijs, quàm à præfectis hymnos illos componi solerere referat (quod & Pau

lus

Ius alicubi attestatur): attamen cum & 1. Cor. 14. à veteribus poetis (vt loquitur de prophetis) mutuatos eos etiam fateatur; liquet de psalmodijs, & canonicis, statisque precibus Ecclesiæ catholicæ hincce nostris esse re vera interpretandos. Quod Beatus Hieronymus cum primis in Philone suo recte vidit. Nam de Philonis historia loquutus, & rebus ab eo recensitis; testatusque sibi ideo apparere talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales tunc monachi esse niterentur, & cupeperent: orationi (ait post quædam alia) vacatur, & psalmis, doctrinæ quoque, & continentiae. Porrò quod duplice modo collectam, aut ad summum ternam (Iosephus nanque meridianum conuentum adiicit) videatur agnoscere Philo cum Iosepho, ipsoq; Tertull. non septuplicem

plicem vti canonica psalmodia est à nostris olim discreta, ac partita: hactenus equidem dupli suspicor factum causa; vel quod dominatus, ac persecutio infidelium non pateretur crebritatē illam coitionum, & per diem cantionum (vnde et antelucem fieri metus tyrannicus videtur coegisse, & rursum in serum, ac nocte prorogasse) vel quod clerus, & contemplatores secum illa priuatim persolueret; nec cogeretur reliqua turba; nisi ad 2. aut tres alicubi, certisque diebus adesse. Vnde & hodie cernimus ecclesiam dupli conuentu plebis festis, ac dominicis esse contentam: & nihilominus clerum, & monachos seorsum reliquas partes septē plicis psalmodię exoluere, & pro tota plebe Deo Opt. Max. reddere. Habemus ergò monachicam psalmodiam ex apostolica traditione confirmatam, & eis omnibus approbatam: de ieunijs autem

lon-

lōgissimis, & priscis super positionib. (sic enim latini veteres nuncupabant græco rum ἀπερθετος) superuacaneum puto quicquam monere; cum nusquā adeò sit collapsa disciplina apostolica; quin ieuniorum rigoris primitui saltem euidentes, & supra plebis obseruationem religio magna supersit. Sed iam de cæremo

Burch.lib. 18.
et 19. paſsim.
Epip. charact.
Eccl. cath.

nijis, iſq; maxime hac tempestate impletitis tempus est breuiter differendi.

DE ANTIQVIS CÆREMO
NIIS CVM ALIIS, TVM MVT A-
tione habitus, & tonsura. Vbi non nihil de
Præmonstratensis ordinis
dignitate.

CAPVT XII.



Vanquam nunc de cæremo
niis apostolic. quod satis est,
differuerimus; neq; ita atti-
neat de recentibus, atq; ho-
diernis laborare appédicibus aliquibus:
m atta-

ORIG. MONAST.

attamen de quibusdam non nihil insuper
videtur adiiciendum, quę ab aduersarijs,
& malè feriata plebe ferocius, atq; im-
probius oppugnantur, vel certe repre-
hendūtur, ac temerē irridentur. Nā licet
non nihil varietatis alicubi appareat, ac-
cesserit quoq; non parum illis antiquissi-
mis, de quibus diximus, ritibus: quia ta-
men quicquid est recētius absq; piaculo,
ac damno sacro sancte monasticis potest
aboliri, ac mutari; & temporarie vtilita-
tis gratia sint accessiones huiusmodi ad-
missæ; id circō missis illis de tōsura, ac ve-
stitu aliqd prēterea sumus adiecturi. Hęc
enim 2. maiore hacten⁹ fuēre grauata in
uidia: licet nihil ijs sit antiqui⁹, & certius
apostolicū. Nā vt de tonsura priore aga-
mus loco; & mittamus Dionysiū cū Phi-
lone, & Iosepho; quod illius quidē iam no-
ta sit sentētia, ac traditio; hi tacuerīt hoc
de capite: idem ex eque vetustis, & Areo-

pagitæ

M A T T H. G A L E N.

138

pagitæ coæuis licet confirmare. Nā Ab-
dias Babylonius Matthæo refert Iphige-
niam ab hoc apostolo velatam, cum vir-
ginem Therapeutida crearet. Atqui B.
Hieronymus velaminis istius impositi a-
licubi prodēs causas: dicit in Ægypto fie
L. 2. epistole
Cans. epist. 3.
ad Sabin. Dia
con.
ri, & Syria ob capillum tonsum; ne con-
trà apostolicum præceptum capitii mulie-
1. Cor. 11. 1.
bri desit tegmen subiectionis argumen-
tum. Quanquā tonsionē illā conijciat fie-
ri cœpisse ob vermium metū, quod neq;
lauacro, neq; vnguēto vterētur Thera-
peutides, seu virginēs sacræ: adserat au-
tem illic sola præfecta, ac virgine, quę vo-
ueret, conscia demptam comam, & ad-
seruatam ab ipsis iam sacratis pro monu-
mento dedicatæ virginitatis. His acce-
dit D. Isidorum referente Aquisgranēsi
Synodo Imperio Ludouici Pij habita do
Cans. 1.
cere monasticam, ac latam illam tonsu-
rā figuratā olī tiara sacerdotali: eò quod
m ij nos

De tonsura monast.

ORIG. MONAST.

1. Pet. 2. B.

nos Christiani, & maximè istiusmodi Therapeutæ, ac Iesæ sint regale sacerdotium. Deniq; S. Germanus in Ecclesiasti ca historia, seu theoria liturgiæ prædeces foris sui Chrysostomi duplē agnoscit tonsuram, monasticam vnam, alteram clericam, quarum illam latiorem à Iacobo Iusto, quem Naziræum fuisse in Anti Her. 78. dicomarianitis prædicat Epiphanius; originem ducere tradit, & Naziræorum Hebræorum figurata tonsione fuisse olim adumbratam. Taceo Epiphanium Her. 80. eundem Messalianis grauiissimè damna re, & censere non minus contra scripturas, quam traditionem agere Mesopota mianos quosdam monachos; quod capil lum nolle^t ponere, sed potius nutrirent. His possent infinita adiici ex cōcilijs, decretis pontificijs, & Ecclesiasticis histo rijs: nisi hæc satis arguere primitiua illam opinaremur originem, de qua nos

hic

MATTH. GALEN.

139

hic vnicè sumus solliciti; quarè iam ad ve stitum transeamus. Primum igitur ex e narratione Areopagitæ dempti mona cho capilli licet colligere: monasticas ve stes rudes, simplices, & absq; omni ornat u, ac cultu, quem gestanti addūt, esse de bere; vt respondeant sacramento, & rei ab apostolis intentæ, ac insinuatæ ritu illo dudum exposito. Quod non solum va lebit cognitū à disciplinæ fulciendas rui nas, & humanos, quos interim pij expe riuntur, scrupulos: verum etiam ad amo liendum impiorum calumnias, qui ma gnum crimen opinantur homines mo nachos discrepare vestitu à plebe; & di scriminis istius momento confidunt se, & religiosos turbaturos, & furorem po pelli inflammatus. Contra autem pio rum est meminisse apostolici instituti, & dare operam; vt habitus externus, ac ge stus affectionibus occultis animi per om

m iij nia

*De vestibus
monasticis.*

nia consonet; & vtvterq; monachus nusquam à diuinis abscedat placitis. Deformæ igitur simplicitate satis exactè Areo pagita: coloris autem nullius apertè meminit, nisi quod & in eo vilitatis monasti cæ quoq; rationem habendam (nam color per se multum facit ad vestium splendorē, cum purpura solos deceat Reges) res ipsa satis innuat. Nam & Philo in omni vitæ parte Therapeutas σκληραγωγιαν, & η κολιαν, hoc est, duritiem viuendi, & frugalitatem, simplicitatemq; amplexatos fuisse significat. Ipse interim λευχουνδντας eos, & φαιδρούς non absq; auxefeos (qua continē tertoto libro vtitur) condimento describit. Cum enim candor olim fuerit admodum honorificus, & splendidus: simplicitatem illam Therapeutarum eovtentem λευχουνδντα adfirmat, hoc est, candidis gauisam vestimentis; at dum mox addit & φαιδρούς hilares seu lātōs extitisse; subindicat

can-

candoris quidem illius qualitatem fuisse cōtemptibilem; nihilominus submissos illos monachos propè modū eo sibi placuisse fingit. Nā Iosephus lineas fuisse vestes testatur, quas interī sacras illis fuisse, sumptas tempore prandij, & rursum statim à prandio fuisse positas cōmemorat. Quapropter ijs & alias suppetiuisse necesse est, in quibus versarentur circa cotidiana officia, atq; occupationes, de quib. fortassis intelligēdū est solis, quod alibi relatuū est; nō prius cōmutauisse eos soleas, & vestes, qvflus, aut casus consumpsisset, aut discidisset. Cæterū figurā ipsam nō satis liqdē habemus (quod equidē meminiisse possum) depictā. Cinctorij seu περιζώματο meminit non semel Iosephus; Philo χιτωνίς seu tuniculas adhibuit ministris, & quidē discinctas: quas dū uult amolitas oēm speciē seruitutis illis maximē inuisæ; vide tur insinuare & reliquis, à quib. ministri nō differrēt (vt Iosephus planius ostēdit,

qui in nullo omnino, ne in curatoribus quidem, alijsq; rectoribus vult ullam toleratam discepantiam) easdem vestes fuisse in vsu. Etenim (quod quia penè effugisset adscribam ad verbum translatum) & ante locutus de temperantia eorum: quin & vestitus (ait) est item vilissimus, qui ijs aduersus algorem simul, & æstum seruiat; lēna quidem crassa pro hirsuta pelle hyeme: exomis verò æstate, vel amiculum lineum. Prorsus enim exercent animi submissionem non ignari inflationis causam esse falsitatem; submissionis verò animi veritatem; vtrunq; autem fontis instar habendum. Nam è falsitate profluunt variæ malorum species; è veritate autem abundātia cum humanorum, tum diuinorum honorū. Læna autem (quæ & penula à quibusdam dicta est) externus est amictus toga crassa, & pallium etiam militare, quo cōtra cœ-

li iniuriam se quis armat. ἐφόμενος verò est χιτώνας (vt dudum eum etiam diximus vocasse) adstricta tunica, & interius induimentum, ac breue citra humeros desinēs, vnde & nomen habet. Nam sonat vox humerorum exemptionē. Porrò quod amictum lineum reddidimus est διάβην. Licet autem quidam etiam laneum intelligi vestimentū velint, & Pollux hoc propriè: tamen quia in nouo testamento pro syndone, & linteo video ab Hebræis scriptoribus usurpari; Iosephus mentionem disertam lini habeat; Iacobus apostolus ab eo celebretur, quem monachicis ritibus usum etiam tonsura amplior docere queat (vt est alibi etiam relatum) distinguat ab exomide, & æstati attribuat; id circò nō dubitauit de linea tunica interiore interpretari; & obiter lectorem huius observationis (si quis fortè aliud mallet) reddere memorem. Atq; ista quidē sunt

quę hac de re ex primęa institutione ha-
bemus hactenus comperta: à quibus tan-
quam mutabilibus temporis successu, &
occasioneb. iustis, atq; vtilibus ætates nō
rarò; neq; in paucis distulerunt pro scopi
ratione, quem cuiusq; instituti auctor col-
limasse videretur. Quia enim aliis humi-
litate magis spectabat (vt B. Franciscus)
rectè ac meritò vilem non pannum tan-
tum; verum etiam colorem deformē, ac
naturalem elegit tanquam congruentio-
rem. Sic alij eodem cōfilio quisq; suo pro-
posito sumpsit, ac suis vñsurpandas tradidit
consentaneas vestes, & colores, de quib.
præsentis negotij non est minutè, ac sigil-
latim differere. Quapropter sicuti fusi
coloris quasi monachorū proprij memi-
nursum 45. nerit cum 6. Synodo, & reliqua antiquita-
te Hieronym. intelligendus est de ijs, qui
acturi pœnitentiam solitudinem, vel etiā
fortè monasticen capessebāt. Nam id co-
Vide Conc. 6. Gener. can. 42. & 43. et Vbi niger color adsignatur informatrix pœnitentia nū expatur.

loris genus mœstis conuenire: nemo est
qui ignoret. Porrò qui vestigijs hisce nō
contentus figuram posteriorū seculorū,
et numerū in super partim solitariorū, par-
tim verorū monachorū, ac cœnobitarū
discere cōcupiscet: eū nos ad Niceph. li.
9. c. 14. & Ioa. Cass. li. 1. de institutis mo-
nachicis totū, vbi diligēter per singula ca-
pite, & ex ordine enumerātur, & expo-
nūtur oīa vestimēta, atq; insignia illius cō-
tatis. Vnū hoc loco nequeo præterire cō-
tra 6. Syn. can. 45., & eavet usq; prioris con-
uetus Carthag. c. 11. nunc passim denuò
Burch. libr. 8. cap. 23.
virgines in laicis adduci ad altare vestib.
ijsq; post exutis monachicas sumi, sæpe
haud absq; pudore, & metu parū decētis
mutationis; & priore loco habitus memo-
rari benedictionē, quam osor religionis
Satan nūc vnicè execratur. Cui & aliud
momenti non exigui, quod subiungam
modò occurrit: canones posteriores in
n ij Thera-

Burch.libr.8.
cap.33.

Burch.libr.8.
cap.34.

Burch.libr.8.
cap.36.

Therapeutridum consecratione frequēti
us periphrasi veli, sacriūe velaminis (Hie
ronymus & flammeum vocat, in Paula)
impositione vti (præsertim vbi de virgi-
nibus est sermo) & licet proprium sacer-
dotum ex prima institutione fuerit mu-
nus monachica administrare sacramen-
ta, & eorum absq; discrimine capaces fue-
rint viduæ haud secus, quām virgines: ta-
men Rotomageñ. canon 9. ab vtrisque
his presbyteros excludit cōsecrandis; &
negat vel episcopis fas velare viduam.
Quod Gelasij Decretorum cap. 21. de be-
nedictione adiuncta enarrat; & sextus ca-

non Moguntinus de sacro velo (cuiusmo-
di virginibus imponatur) amplius decla-
rat; qui tamē seuerissimē pontifices ipsos
ab initiatione arcet viduarum, quasi fa-
cto tam scripturis, quām canonib. dissen-
taneo. Certè Aurelianus canon 2. viduis
sacræ conuersationis velamen, & subve-

lo

lo consecrationem sui Deo attribuit. Cę
terum ex ijs, quæ modò apostolica tradi-
cio subministravit nobis: facilè cuiq; est
perspicere hac quoq; in parte ad originē
suam accedere Præmonstrateñ., quibus
nihil ornamenti, indumentiuè adest, quod
eos non animi candoris, simplicitatis, ac
puritatis admoneat; nisi quod frigus Ger-
manicum, vnde progressi fuère primum
(auctor nanque huius ordinis perhibetur
nobilis, & literatus Lotharingus); non
passum fit nudum lini vsum; eumq; suase-
rit S. Norberto cū lana permutare. Nā
quod quidam lineas vestes superinducāt
laneis interioribus: affectatius, quām ger-
manius esse videtur. Nam pallia, seu to-
gas extimas, ipsasq; ex omidas fuisse la-
neas, & harum vicem in æstibus illis o-
rientalibus non nunquam æstate supple-
uisse: Philonis verba postremo loco ad-
scripta palam arguunt. Sanè pleriq; alij
n iiij cum

Burch.libr.8.
cap.35.
Cognatio Prae-
monstraten.in
stituti cum pri-
ma mona-
stice.

ORIG. MONAST.

cum suos ad lucentum pœnitentiæ vellent extimulatos , candidis laneis interiorib. superinduere supremas pullas , aut fuscas voluerunt. Verum de his catholicorum non est factiosè contendere, quod maximè aduersariorū irritare appetit animos; cum alijs, & alijs propositis aliis color, aliaq; figura etiam magis seruire competriatur : quarè cum in obiectationibus refellendis necessum sit; vt rursum aliquid his adjiciamus; impreſentiarum dictis erimus contenti, & cætera in illum delaturi sumus locum.

DE MONASTICES FRV-

CTIBVS, ET MERITIS IN
CATHOLICAM ECCLESIAM

collatis, aduersus eius
calumniatores.

Nisi

MATTH. GALEN.

44

CAPVT XIII.



ISI decretum hic nobis foret solum apostolica delibare suffragia, itaq; titularis lex quodammodo cogeret nos veluti ad clepsydram scribere; neq; usquā pateretur hæc necessitas nos excurrere in diuerticula omnis historiæ, vniuersorum momentorum, & cuiuslibet generis exempla: profectò huc progresso, & de monastices dicturo fructibus, & benè meritis in fideles iam ab Apostolica ætate ab ea collatis non solum prolixissimum caput foret exarandum; verum etiam volumen integrum, ac iustum esset nobis conficiendum. Quid enim istoc argumēto mihi vel optatius, vel ad differendum queat obtingere forcundius: sed nunc vestigia antiqua modo indagaturi compendia quidē persequemur: attamenē ne sic quidē uberrima materia exiguū datura est

O R I G . M O N A S T .

est lectori operæ pretium. Nam si vel id solum expendamus, quod inimici huius virtutis impudentissimè, atq; improbis simè solēt deprauare, atq; exaggerare; ne minē (puto) valere præstare ea, quæ monastice poscat à suis sectatoribus, & in primis castimoniam, quā non minus, quam perpetuam inediam, & omnis alimenti recusationem, aut (quod malle videntur) corporalium sordium excretionis detractionem, & pertinacem fugam perniciosa, & modis omnibus negatam contendunt: profectò ignorare ne quibimus singularem monachicorum sacramentorum efficaciā, & utilitatē. Nam Areopagita noster, vt initio theoriæ sexti capit. E. H. ab renuntiationem, seu ἀποτίνασιν monachicam docet interprete B. Maximo (quod alibi demonstratum meminit lector) interdicere coniugio monacho: ita in prologo, & extrema capit. sexti

parte

M A T T H . G A L E N .

145

parte, & post illam ipsam interpretationem, atq; alibi ostendit non modò monastica sacra hominem efficere ad contemplandum magis idoneum, quæ quidem suę sint speculationis, atq; officij; & communicandum, vtendumq; sacramētis maiore cum fructu, quām contingat exortibus eorundem mysteriorum: verum etiam imbuere, atq; exornare, vi confiant ea, quæ voverit; & caueantur omnia, quibus nuntium remiserit. Nam hanc ob causam χρήσιν seu gratiam peculia rem à Deo adtributam adserit initiationi Therapeuticæ, quippe quæ per illam cādidiatis donetur: haud dubiè, qua vota queant perfici, & fugienda, execrataq; vitari. Addit ibidem & ἀποκλεσιῶν propriā seu formam consecratoriam instar prærogatiæ, & excellentiæ ergò ei lata lege concessam. Quid quærimus amplius? Quoties sub hac dicta inculcat clerum faculta

o te

E. H. cap. 6.
parte 3. extr.
in expositione
communionis
sequentis ini-
tiationem.

te cōfēcrādi p̄dītū ista Therapeutis infūdere? Que cū ita sint, & sacramēta monastica innumerabiles penē fines, & officia (de quibus supra vberius disputatum est) efficiant nobis non modo possibilia (vt verbo vtar Quintiliani) verum etiam facilia, & delectabilia: quis adhuc (obfēcro) nisi capit is moti dubitet de illorum commoditate, & admiranda virtute? Eā ant igitur nunc effōeminati, & libidinosi isti hirci; & cum perspicuum sit eos vix vñquam sese totos permisisse curandos Therapiæ (quod Dionysius cum primis tamen stipulatus est) vociferentur nō omnnes capere, verbū hoc; sed eos modò, quibus sit datum dummodò nobis orthodoxis fixa maneat, & inconcussa fides: et clero persua cuique sacramenta, & monachis per sua item initiamēta diuinitus dari continentiae munus, ac vim, qua si se se p̄æbere ei dignētur, & p̄ceptis eius inducant in animum dicto esse audien-

tes valeant & castimoniam omnis generis, & virginalē decus fartum custodire vsq; , & tectū. Etenim incestorum defertorum istorum caput multo ante, quam mundo flamas suas patefaceret, & miscere vbiq; germaniæ incendia pararet; execrabilibus, & bis, terq; nefarijs confurcatum fuisse stupris, & mille alijs libidinibus: ante bellos hymenæos prognatus, aut certè diu conceptus paruulus Antichristus (vt ille in epithalamio tunc canebat) arguebat satis; & furiosa doctrina secuta de continentiae (verbo monstri ipsius dicam) impossibilitate cōuincebat.

Quid repetam hic ex Fl. Iosepho elogia, quibus & genti suæ non temerè sperauit se Græcos conciliaturum, & Romanos; & illam mirificè condecoraturum? Quid Philonem adsciscam? Perfectum is nūcu pat bonum: & de copia facta, & permissa nationibus alijs participatione eius non

o ij obscu-

Dn. Hierony:
Emserus. Per
vos generabi-
tur ille perni-
cies mundi cer-
tissimus An-
tichristus.

obscure reposcit gratiam à gentibus cum c̄tis. Iam cum contemplatio vbiq; terrarum, & semper pro summo habita fuerit bono, & eam cum Dionysio idem præcipuum non raro designet monastices scopum, imò monasticen; & (quod summū est) ipsos monachos Alexandrinos pro idea contemplatoris absoluta, atque effigie perfectissima sibi præfixerit: quis nō intelligit quantum emolumētū ad mortales omnes iam inde ab ortu suo redierit ex monastice? His adde Philonem & illud quoq; cōmemorauisse: optimū quēque istorum fulgore, & exemplo perstrictum, imò & extimulatum vndiq; veluti in patriam Therapeutarum ad Alexandrinos se contulisse agros, vel si magis propriè loquendum sit eo abreptum, diuino percitum instinctu, & veluti cœstro quodam cœlitus incitatū. Iam quod dum præteritum est suo loco pretereatur

omni-

omnino: Iosephum memorię prodidisse hos eosdem (id nanq; iam sumimus) hac cōtinentię messe, & vigore summo (quoniam nisi vñstis, & incōtinentibus putat & Augustinus adhærescēdum nuptijs) præter virtutem, & doctrinam proprios nullos optauisse liberos (quod & Philo probat) & alienos adoptauisse, & suis imbuīsse disciplinis tanquam cognatos, neque secus vbiq; quam ex se genitos tractauisse. Nam si scholastici isti, & vanissimi scholiarum erigēdarum iactatores ex animo loquantur, & sibi persuadeāt, quod alijs persuasissimum cupiūt; hoc officio nihil esse prius: non poterunt non commendare vetusta hæc. Effæorum cœpta; nisi quatenus præclarum istorum suffragium remoretur, qua pueritiam complebant illici, supersticio. Omitto quod ibidem referatur nihil amplius contulisse ad magistratum honorem vindicandum, ac defen-

*Aug. de Bo-
no coniug. cap.
9. et 10.*

o iij dendum

ORIG. MONAST.

dedum Essenorum istorum votis: quod studium & Euangeli adulatores in cœlum efferre solent laudibus. Ad hæc cum Philo primos Therapeutas illos testetur, non modò res naturales diligentissimè perscrutatos esse; Verum etiam sacra carmina omnis generis, & sacrarum veteris instrumenti literarum enarrationes plurimas conscripsisse: nemo (vt opinor) iuerit inficias; plurimum posterioris saltē operis ad nos pertigisse. Nam cum hypotyposes, & stromata Alex. Clement. (vt huius operis prefatio etiam nunc profitetur) apostolicorum virorum enarrationes, ipsorumq; apostolorum traditio-
nes viua acceptas ab eo voce promittat: quis tam iniquus, qui neget eo Therapeuticorum inuentorum plurimum redactum superesse? Evidem Iustini Martyris Tryphonem hunc redolere thymum existimo; nec aliud respere fontem Eu

febij

MATTH. GALEN.

142

febij Pamphili laudatissimam demonstra-
tionem euangelicam cum cæteris eiusdē
generis commentarijs eiusdem contem-
derim. Quin & in Origenianos lacus plu-
rimū meliorum laticum therapeuticę ve-
nē iure suspicor deriuatum. Quid multis:
cum traditio in omni re plurimū valeat:
quicquid in veterum Græcorum, maxi-
mè vnde sua primi latini suixerunt, monu-
mentis apparet deductum, & perpetuo
riuo fluxum (qualia eorum ferè omnia)
quicquid constanter, concorditer, mirè
reperitur traditum, omnes deniq; inter-
pretandi scripturas catholicè regulas, &
decreta ex schola Marci, alijsq; monaste-
rijs iudico primū esse profecta. Certè si
quid boni in tot cōmetarijs Phil. in legē,
si veræ sint vllæ allegoriæ, aut tropolo-
gię, quas tam multas in Mosis historijs in-
terpretandis reliquit scriptas, & in no-
stram quoq; lectionem transmisit; quod
quis

quis diffiteatur.) equidem totum euangelistæ Marci scholæ Alexandrinæ feren-
dum censeo acceptum. Etenim non mo-
dò Eusebius, & Nicephorus intrasse illā
eum tradunt: sed Epiphanius Nazoræis
magnam cepisse utilitatem quoq; ex cō-
gressu adfirmat. Adde quod cū ipse Philo
referat solitos Therapeutas allegori-
cos eruere sensus ex legis vmbbris, & histo-
riam legalem instar animantis se habere,
cuius voces corporis sensa arcana ani-
mi vicem haberent; neq; ipse aliud specta-
uisse videatur in suis eloquentissimis, &
acuratissimis commentationibus, quam
quod illos adserit factitasse: nemo proba-
biliter inficias queat ire illum Therapeu-
tas vel imitatum; vel etiam quam plu-
rima inde esse mutuatum, quæ scriptis
suis mandata ad posteros voluerit per-
tingere. Auget coniecturam, quod vehe-
menter mirari soleo: eum vbiq; non tan-
tum

tum 70. translationem citare; verum eti-
am eius dictiones pro diuinis ponderare,
& enucleare. Ad postremū si (quod ad-
modum probabile est) ex scholâ huius-
modi lectissimi quiq; cōtemplatores ab-
repti fuerint non raro ad episcopatus ad-
ministrandos, vti ecclesiasticæ historiæ
frequētissimè etiā solitarijs accidisse me-
morāt: habem⁹ profectò bonoru omnīū
summā (quatenus tamē homini ea cōpe-
rit) diuinis hisce therapeutis esse adscribē-
dam. De posteris eorum non patitur in-
stitutum nos quicquā narrare: alioquin
quam strenui, & hi, & anachoretæ quoq;
fuerint cum in fide propaganda, tum ad-
serenda verbo simul, & scripto; per singu-
las ætates facilimum foret demonstrare.
Niceph. libro
11. cap. 25.
et lib. 16.
Taceo præstantissimos quosq; Theolo-
gos ex horum prodijis gymnasij, si nō
& initiatos ijsdem sacris; at certè discipli-
nis, & moribus ornatissimos constare.

p Vix

Vix enim vnquam olim committebantur ecclesię cuiquam, vbi clerici minus vi
derentur idonei: q̄ alterius generis mo-
nachis, veris (inquam) & initiatis, velsoli
tarijs. Quod & de heroibus nostratib. &
plerisque Europęis apostolis liceat: si lo-
cus, & tempus ferrent, facere conspicu-
um. Nam (vt nō altius rem repetam) Se-
uerus Sulpitius Turonensem gloriam B.
Martinum condidisse adserit monasteri-
um, vnde veluti ex equo Troiano in om-
nem partē eximij duces, ac pastores grē-
gis Christi non tam exirent, quām ab o-
mnibus sint expetiti. Quis enim (inquit)
aliunde quām ex schola optimi magistri
sibi deligidum putet Ecclesiasticū do-
ctorem? Certè bonæ Belgij partis A-
postolum agnoscimus clementem Vvil-
libordum monachum, & à Scotis mo-
nachis instructum, & ad postremū alio-
rum plurimorum in Epternacensi cœ-
nobio

nobio eruditorem, & p̄dotribam, ne di-
cam archididascalum, cui prouinciæ ad
postremum & immori elegit. Beatum
quoq; Vdalricum Sueię, & Rhetię sin-
gulare præsidium, ac columen Abbati-
am S. Galli talem effecisse episcopum,
& monachum creaturam fuisse, si oracu-
la eum non reuocassent aliò: non nisi in-
gratissimis euangelicis est ignotum. Sed
ne multa; ipsimet adseuerare non desin-
nunt germanica etiam monasteria olim
non fuisse nisi scholas; hisce exem-
plis, atq; historiarum narrationibus indu-
cti: tātum abest, vt ferri debeat (quod ij-
dem tamē obiectant) omnem barbariē,
ac superstitionem monachis ferre oport-
tere acceptā. Cæterū quā operā nauauer-
rit D. Norbertus ab hīc plus minus 500.
annis Germaniæ tantū nō sepultæ cleri
in scititia cū sua insigni eruditione, & pieta-
te; tū suorū discipulorū Præmōstratēsiū:

p ij tot

O R I G . M O N A S T .

tot ab illis optimè administratę, ac pastę
in hodiernū testātur parochiæ. De Frā-
ciscanis, Dominicanis, Carmelitis, &
Augustinianis mēdicātib. (qui dicūtur)
hoc tantum dixerim: nihil æquè neces-
farium fuisse ecclesiæ barbarie dominan-
te; neq; iis quicquā magis salutare à Deo
optari potuisse testari Bonauenturas,
Scotos, Albertos, Thomas, Ariminen-
ses, & eiusdem ordinis minus quidem di-
fertos vitio seculi, omnium tamen citra
cōtrouersiam eruditissimos theologos.
Nāon solū in vmbra hos, aliosq; sym-
mystas subtilitatibus interfese cōflicuisse
(vt gaudent aduersarij calumniari) ve-
rumentiam populo Dei saluberrima sub-
ministratiſſe pabula innumerabiles ho-
miliæ à diuersis ex ordine atatum con-
scriptæ arguūt. Quin & politiæ veteris
ecclesiæ laudatissimarū cæremoniārū,
& orthodoxi cultus, atq; vniuersi diuini

of-

M A T T H . G A L E N .

158

officij non quidem auctores, sed instau-
ratores, & administros patribus nostris
extitisse: euidentissimè probant ecclē-
siastici passim libri cū sacramentorū, &
missales; tū de quibus cātatur, ac psallit-
ur more prisco, & ritu Rom. ecclesiæ.
Cū enim hic ritus inuenire sit Præmon-
stratreñ; cātus, & cæremoniæ in Misnia
vniuersa Dñicana instituta redoleant;
alibi Franciscana, Benedictina, Augu-
stiniana scita, atq; alibi deniq; aliorū or-
dinū cōsuetudines, mores, & solennita-
tes sit obseruare: si nolimus iis religioni-
bus cōuerſionem, ac primā harū natio-
nū institutionē tribuere, saltē exactiore
informationē, cœptorū perfectionem,
conferuationē, ad colophonis decorem
perductionē, & expolitionē, deniq; fi-
delis, ac gnaui fudoris plurimū agnoscere
grati, & deferre summo iure debebi-
mus. Verū ne prævaricationis iam insi-

p iii mu-

ORIG. MONAST.

mulet nos vel hostis, vel delassatus prolixitate hac lector: his ne verbo amplius adiecto ad loci cōsiderationem progrediemur.

DE ILLO HIERONYMI DLCTO, QVOD INDOCTVM VVLGVS,
& male sanum iactat conta monachorum in ciuitatibus, aut multitudine conuictum: quid agis in turba monachus?

CAPVT X IIII.



Vanquam ergo ea, quæ omnium primo huius commentationis capite exposita sunt, abundè queant & præsenti, & quibuslibet aliis cauillis aduersariorum facere satis : attamen quia tunc de vocabulis nobis maior fuit cura, quam de loco, aut rebus aliis; & interea nonnihil præterea nobis venit in mētem; idcirco hoc rursum loco visum est id, quod præscriptum est, discutere.

Diuus

M A T T H. G A L E N. 152

Diuus igitur Hieronymus cum charissimum sodalem suum Heliodorum in pa-
Epiſtola ad
Heliodorū de
vita solitaria.
triam reuersum, & deserta solitudine nō obscurè episcopatum ibidem expectantē conaretur ad se reuocare, quo nullo voto, aut initiamento tenebatur redire proposito priore voluntate posteriore mutato : inter alia argutè magis quam solidè, ingeniosius quam verius, captiosius deniq; quam simplicius, ac neruofusus (qualia permulta sunt in ea epistola planè declamatoria, & iuuenili ipsomet sene ad Nepotianū cōfitente) quid agis (inquit) in turba monachus? Quibus verbis obiectioni de clericis in ciuitatibus versantibus occurrit : & Heliodori hominis monachi vult dissimilem esse causam, et clericorum, qui nunquam vel proposuerint, vel cœperint solitudinem habitare. Hæc enim duo cum eremitam faciant, ac solitarium, non votarium, aut initia-

initiatum, ac verum monachum: attamen per catachresin vsu propè receptam vulgo vocem monachi ad anachoretam inuitante multa similitudine insuper detorsit. Nam cum eodem ferè tenderent, vota eadem obseruarent; tametsi non so lennia, sed priuata solitarij duntaxat; nisi si qui fortè ex coenobijs (vt nō in frequenter vsu veniebat) dimitterentur maioris, ac durioris exercitationis gratia: cœpit monachi, ac Therapeutæ vocabulum etiam anachoretis adtribui. Quo etiam ille respexit: qui id esse monachum pronuntiavit extra cellam: quod piscem extra aquas. Nam licet non modo Therapeu-

Vide can. 4.¹
Conci. 6. Gen.^{46.}

tis, ac veris monachis verum etiam Christianis cunctis turba sit noxia, & quies priuata, ac sola magis sit conducibilis: attamen non de his, sed anachoretis, & qui in deserta secessissent loca semel vale dicto tumultibus mundi, beatus ille vir est intel-

ligen-

ligendus. Quanuis enim Philo non nullam secessionem, & ciuitatum fugam Alexandrinis Therapeutis adscribat: tamē Epiphanius eos penè in ipsa Alexan<sup>Nazoreis
supra.</sup> drina deducit suburbia; et si Areopagita diligenter expendatur cum 6. ca. E. H. tum epistola ad Demophilum, & cæteros ad quos scripsit literas, monachos, seu therapeutas; facilè int'elligetur primæ uam apostolorum institutionem nō habuisse secessionem vllam, neq; etiam cohabitationem, vitamue coenobiticā. Nam Philo vicinas vrbibus describit cellas, & eas inter se non paruo intersticio discretas: ita vt neq; coenobium, neq; solitudo Alexandriæ à Marco videatur instituta; sed quid ex vtroq; mixtum, quod sibi liberum erat per apostolos relictum, & visum est commodius arduis illis conatibus perficiendis. Nihil n. conducibilius est rebus arduis; quam

q. ma-

maximè secura vbiq; complecti, ac probare. Atqui Areopagita noster nusquam (quod equidem meminisse queo) ullius meminit secessionis. Siquidem nec in vocabuli etymo (vt diximus initio) solitudinem magnoscit: sed singularitatem modo, unitatemue institutionis, moderationis, ita videlicet vt sese unum seruare debat monachus ex officio, non item vt clericalios quoq; idq; non minus ei liceat, & licitum fuisse intelligatur ubiuis locorum siue in turbis, siue extra turbas, tam in urbibus, medijsque Ecclesijs, quam in altissimis eremis. Nam propterea Dionysius monachos subinde ~~in aere~~ per synonymiam appellat, & contendere vult ad monadem seu unitatem; reuocat à rebus à Deo disiunctis, & retrahentibus, nusquam multitudinis vel minimam dat significationem, vel suspicio- ni eius significationis cedit locum ullū.

Omitto

*Monachi etiā
ērēcōs Areo
pagita.*

Omitto epistolas eius, & præcipue prolixissimā ad Demophilū Therapeutam, seu monachum; sed & 6. cap. E.H. non minimū adtestari: primā institutionem habuisse; vt monachi, seu therapeutę nō secus in frequentissimis viuerent locis, q; plebs, aut sacratus clerus ecclesiarum. Quorū enim toties (obsecro) monet, atq; adserit monachicū ordinem discretū, ac distinctū esse à plebe, excellere, ac præcedere ordines plebeios; si nō modò initiamentorum peculiariū differentia, verū etiam secessu habitaculi, & deserta mansione distitissent. Adde principio videri eū nō aliis, q; diaconis Therapeutas subiicere: neq; sui ordinis ullos agnoscere præfectos; quos tñ à Marco cōstitutos Philonem percensere in confessō est; licet eos Nicephorū post Eusebium de clero interpretari retulerimus, quibus Iosephi quoque traditio fauet non parū.

q ij Ve-

Verum vtcunq; hoc sit : sunt & alia non
Dion. epist. 8. pauca in Demophiliana epistola, quę eū,
 & symmyſtas suos insinuēt in medijs ver-
 satos vrbibus haud secus, quam virgines
 haud velatas, quas olim, atq; etiam nunc
 virginitatem suam Deo votam conserua-
 re, & suo victitare, & reliquæ plebeculæ
 misceri cernimus. Nam epistola ea ferè
 media describens totum Ecclesiasticum
 cōctum Episcopis altare, vicina loca sacer-
 dotibus, diaconis ianuas chori adtribuit
 Areopagita, pro quibus extra chorū col-
 locat demum monachos, ac tum deniq;
 suus plebi reliquę locus ab eo adsignatur.
 Ex qua distributione quis non videt ea
 tempestate conuenisse monachos ad col-
 lectas cū reliquo populo ; haud secus quā
 hodie, quas dixi virgines, conuenire sole-
 ant? Quod cum ita sit; non nisi infcitiam
 suam patefaciunt, qui hoc dicto, vel simi-
 libus abutuntur ad perstringendos The-
 rapeu-

rapeutas fortè in ciuitate conspectos, aut
 etiam commorantes. Non enim intel-
 ligere, quod dictum est, cōuincuntur:
 & quod anachoretis congruat, & mona-
 chis per abusum dictis detorquere ad The-
 rapeutas, quibus cum solitudine nihil est
 propriè, ex apostolica institutione ne-
 cessitudinis. Quapropter B. Epiphanius
 interdum quidem catachresin hāc sequi-
 tur, & eremitam dicit monachum : at fre-
 quentius *μονάχουτα*; & solitariam vitam, non
 monasticen, aut Therapian, aut quid hu-
 iusmodi, sed *μονάχητα*. Quibus equidē nouis
 vocibus innuere diuersitatem rerum ista-
 rum: eruditissimum patrem hunc existi-
 mo. Exempla reperies charactere ecclesie
 catholicæ, & apostolicis, atq; alibi non ra-
 rō. Verum iam hāc primi capitī quæ-

*Eremite Epi-
 phanio frequē-
 tiss monazon-
 tes quam mo-
 nachi et eorū
 vite genus sa-
 pius etovornis
 quam monasti-
 ce dicitur.*

*Hæref. 61.
 vide et conc.
 6. Gener. can.
 45. et aliquo
 sequentibus de-
 his nominib.*

dam quasi appendix in iustam ex-
 creuisse videbitur magnitu-
 dinem.

ORIG. MONAST.
DE ÆTATE MONACHO-
RVM, ET RELIQVIS TEMPO-
RIS QVAESTIO-
nibus.

CAPVT XV.



Æterum de Ætate Therapeu-
tarum, & certis initiationis
momentis perparum nobis
ex scripturis suppeditat: nec
ferè quicquam amplius ex antiquissima
illa, & certè apostolica traditione. Nam
^{1. Tim. 5.} nisi iuniores quedam vidue Paulo, & suis
discipulis facessiuissent negotium libidi-
nosa sua perfidia, quas queritur post Sata-
nam iam conuersas, & luxuriatas in Chri-
sto nubere velle (quem ad modum ali-
bi fusi, & accurati ista tractauimus)
non secus de viduali tacuisse annorum
^{1. Tim. 5.} numero, quam de virginali filuisse de-
prehenditur. Paulus igitur hac occasio-

ne

MATTH. GALEN. 156

ne Therapeutridibus viduis annorum
sexaginta exactorum spatium præsti-
tuit: virgines suæ libertati; quod in e-
is nihil tale notaretur, sed potius nihil
non laudabile conspiceretur; permisit,
& heroicæ fortitudini omnem patefe-
cit aditum. Verum cum usque in no-
stram tempestatem, quæ virtutibus, re-
ligioni, & fidei attulit non modo impe-
dimentum, verum etiam propè modum
exitium; castimoniæ laus, & certamen
inter catholicos vehementer creuerit:
mutatis conditionibus, & aucta con-
stantia non dubitarunt totos viginti an-
nos Paulinæ illi cautelæ, & dispensa-
tioni temporariæ, & non primituæ in-
stitutioni (quod alibi ostensum est) de-
mere patres sextæ vniuersalis Synodi.
Nam quadraginta annorum tempus de-
finierunt sufficere castimoniæ, fidei, &
pietatis seculi. Dionys. autem Areo-

can. 40.

pagi-

pagita sui præceptoris optimè quoq; intel ligens hanc &conomiam , & nullam re spiciens temporariam occasionem , per missionem, aut necessitatem; sed tantum rem in se secundū primæuam considerās originem: neq; sexui vlli, neq; conditio ni, continentia & generi, neq; ætatis de nique teneritudini discrimen ullum tem poris præfiniuit. Nam quia non putabat remoram iniiciendam præclaris conati bus ætatis præiudicio; sed potius cum ser uatore dicendum: qui possent capere ca perent, & laxandas habenas generosiori bus pullis: idcirkò de certitudine annorū in partem neutram statuere quicquā voluit . Atq; hæc equidem suffectura nobis crederem in hac primę antiquitatis deli batione nostra: nisi mira astutia hæresis ætatis quorundam teneritudine abutere tur ad votorum ipsorum obscurandā san ctitatem . Quapropter non est quidem

confi-

consilium longius discedere ab instituto compēdio inuestigandarum originum: attamen vt calumnijs istorum eatur ob uiām, & cauillis præcludatur accessus; pau lulum ex 2. alijs apostolicis testibus decerpemus prius; deinde ex postera quoq; traditione mutuabimur, quod sat erit orthodoxiæ, & sacris ecclesiæ catholice decretis à maledictis aduersariorum vindicandis. Itaq; Philo illud nulla obliuione, aut temporis iniuria obruendum ex apostolica sententia acceptum literis tradi dit: parti philosophiæ, quam Therapeutæ profiterentur, nimirum in contempla tione posite, à prima se ètate; dum ad huc in ephebis, & flore pubertatis quis ver se tur; addicere, & pulcherrimū esse, & maxi mè diuinum. Addit ibidem admodum pueros reputatos senes; & posthabitos in accubitu adolescentibus ètate adhuc flor entibus: qui serius ad institutum hoc sese

r con-

ORIG. MONAST.

contulissent; & nō vitæ ab ortu, sed vitæ melioris, ac sancte ab amplexatiōe Therapeutice disciplinę, ac professionis fuisse habitam rationem. Quid referā anus semper virgines cōmemoratas inter Alexadrinos Therapeutas: itaq; à teneris certum esse virginitatem suam Numinis dedicasse? Nam virgines bonam ætatis partem maximè cū proposito virginitatis perpetuæ iactari voluisse in salo, atque ēstu illius lasciuę tempestatis: nequam est verisimile. Id quod ex Potitiano, & ipso Aurelio Augustino post alibi faciemus magis perspicuū. Certè Ioseph. nuper allatis locis, atq; interpretatis. Esfenos solere pueros alienos adoptare, & teneros adhuc, et dociles suis informare, atq; imbuere disciplinis adfirmat. Mitto eundē narrare circa 16. ætatis annū eiusdē se dedisse in disciplinā: cui tamē narrationi, & Pliniano confessō errori, de vita

*Iof.li. 2. de B.
L.cap. 12. gr.
Li. de vita sua
Plin. N.H. li.
5. cap. 17.*

MATTH. GALEN.

158

tæ ductis pœnitētia, & vita lassatis, quātum sit habēdū fidei; est alibi à nobis nō dissimulatū. Huc adde 3. an. periculi de continētia, tolerantia, ac constātia faciēdi ab eodē Iosepho præscriptos referri. Nā licet post ferē vnicus sufficere putatus sit annus: attamē cōstitutiones B. Pachomio ab Angelo exibitę cū alia plura Therapeutica reuocarunt in vsum iā alicubi antiquata; tum trienalē hanc *l. oni* <sup>Niceph.lib. 8.
E.H. cap. 39.
Vide et conc.
Gener. 6. can.
41. Vbi etiā triennij fit men
tio.</sup> *μαρτυρία*, seu probationē non minimū cōmēdarūt, quā etiā in peregrinis mystis probauit Toletani cōuentus cap. 5. Atq; ad hūc sanè modum diutissimē retrò se res monastice habuerūt; & vsq; habiturę fuisse seni: nisi frigus nouissimę horę (vt Ioan. *Prima Iohann.
2. c.* loqtur) abusus multos, et artes pessimas excogitauisset, quib. quantū quidē in eo fuit sacratissimū vitę genus traduceret. Nā qa cōoperūt tandem multa perfidia, & vanissimis pr̄textibus nō nulli sacramē

r ij ta

ta facta eludere; & vbi mortalibus quo-
quo modo imposuissent verius, quam fe-
cissent satis, fidem rescindere: coacta est
Ecclesia parens sapientissima dolis hu-
iustmodi in tempore occurrere. Quin &
Therapeutæ ipsi deprehenduntur alicu-
bi secuti fatiscientis charitatis ruinam: &
auaritia impulsi incautos opulentorum,
potentumq; filios ad se blanditijs pelle-
xerūt ad sua quiq; instituta, accœnobia.
Ad postremum & ipsi parétes ambitio-
si, & cupidi quosdam ditandi, quos ex li-
beris suis magis diligeret, & euehendi ad
maiora, nec non vt ditiones ad vnū, atq;
alterum transmittenent heredem; itaque
non ad nihilum tandem reciderent titu-
li: nefariè, atq; impicè abusi fuêre non in-
frequenter religionis monachicę colore,
& inuitos eò detruserūt liberos, qui post
impatiētes iniuriæ, & peræstatē audacio-
res effecti penè semper irritā ausi sunt fa-

cere

cere fidē Christo datam; aut saltem vsti
sunt, ac perusti turpisimè. Quapropter
à conciliis non paucis, & Pontificibus
Maximis aliquoties legimus cautum: ne
(vt ipsi loquuntur de initiatione) velum
etiam virginibus imponeretur ante 25.
ætatis annum. Fertur in decretis Pij Pa-
pæ huc faciens caput; & 26. caput Mi-
leuitanum adhuc antiquius decretū cu-
iispam Synodi agnoscit, quo numerus
ille sit præscriptus; Gelasij quoq; (ni fal-
lar) primi 12. canon definitionem ean-
dem vehementer approbasse cernitur.
Verum cum hæc prohibitio longissima
maceraret dilatione, ac mora casta, &
Sic conc. sexti
generalis cap.
40. extr. cœf.
erecta pectora: multę exceptiones per-
missæ fuerunt, quibus generosiores ani-
mi soluerētur ab hoc diuturnitatis rigo-
re, & citius in coelestis thalami admitte-
rētur voluptatem. Quare Pius ille peri-
clitati pudicitia virginali, & mortis vr-

r iii genti

genti articulo: temporis prædicti indul-
sit anticipationē. Quorū illud Mileuita-
ni patres quoq; iudicarūt expedire : hoc
cum ijs, & Gelasius confirmauit. Cense-
bant nanq; pientissimi Mm. Nn. magnā
deperire coronā homini, cui hinc exor-
ti adhuc mysteriorū monachicorū foret
emigrandū. Non enim, quam paſſim ab
Leon. decret.
17. Burch. lib.
8.ca.2. Chalc.
can. 15.
illis vetustissimis quoq; scriptorib. collau-
datam prædicant gratiam; duxerunt vi-
lem habendam: aut exiguum allaturam
suis cōpetitorib. augmentū coelestis pre-
mij. Ceterum Mileuitanū modò indica-
tum decretū plures insuper rationes, &
caſas disp̄ſationis enumerat, quas gra-
ue nō fuerit ipsis verbis adſcribere: Item
” placuit (inquiūt patres) vt quicūq; episco-
” porum necessitate periclitatis pudicitia
” virginalis, quū vel petitor potēs, vel ra-
” ptor alijs formidatur, vel si etiā mortis
” periculoſo scrupulo compuncta fuerit;

ne

ne non velata moriatur, aut exigentibus ”
parentibus, aut his, ad quorum curam ”
pertinet, velauerit virginem, seu velauit ”
intra 25. annum ætatis; non ei obsit cō- ”
ciliū, quod de isto numero annorum ”
constitutum est. Hactenus Mileuitana ”
Synodus. Videmus igitur singularem
gratiam factam, & prærogatiuam initiō
piis parentibus, ac tutoribus, aliisq; cu-
ratoribus in solutione cautionis illius; si
quando virginē peterēt ante tempus in-
ſigniri sacrato velo. Verū quia horū vel
impietas, vel ambitio, vel auaritia vim
frequentem faciebat liberis, vel sibi coin-
missis clientibus, aut pupillis; interdum
etiam non vereretur repugnare spiritus
instinctui, quo de ex Philone alias plu-
ra: idcirco & virginibus est posteriori-
bus decretis prospectum, ac consultum;
& illorū licetiæ retractādi cōcepta pro-
posita est iniectum necessarium frānū.

Ne

*Burch. lib. 8.
cap. 11.*

Ne enim inuitos liberos, aut fidei suæ cōmissos ad subeundū cogerent, à quo fortè abhorrerent, monachicū institutū : *none 2.* Synodi Toletanæ 6. ante 12. annum vetitum est iis, illos vel tonsurę, vel monachico habitui consecrare. Contra autem ne nimio (vt fieri etiam nunc videntur) imperio religioni, & diuino illi inflatui, & entusiasmo monachico obfisterent illi : iidē patres sibi permittendum liberis religionis amore succensis post annum 12. etiam inuitis illis se Christo dedicare censuerunt. *Quin* & illud indidem cōstitutum inuenias; etiam in minore ætate, & ante 12. annū, vel utroque, vel altero parente liberos offerente Deo, vel oblatos illis vel inuitis, vel ne*Vide lib. 8.
cap. 3. Burch.
ex Mogunt.
ca. 20.* scientibus, post tñ re comperta tacenti bus annum, ac diem; nefas esse iam tonsura exornatos, vel sacra ueste cōdecoratos retrahere, & in seculi compellere

vora-

voragines. Leo nāq; Magnus nō semel *Leon.ca. 17.
Burch. lib. 8.* damnabile censet etiam ante consecra- *cap. 2. et cap.* *26: Leonis
ibidem cap. 8.
Burch.* tionis gratiā à meliori deficere proposi- to, & graui puniēdū decernit satisfactio- ne. Toletanæ aut̄ definitioni illi subscri- bit Triburieñ. quoq; cōstitutio; tametsi *Tribur. can.
10.lib. Burch.* de tutoribus, et curatorib. tantū loqui vi *8.ca. 10; at
ca. 17. disertē
de parentibus
decernit. Bur-
char. lib. 8.
cap. 98.* deatur. Nā ad horū intercessionem vult remitti virgines, quæ sibi ante 12. annū velum curarint imponi; dummodo an- tē anni, ac diei vnius spatiū instituatur : alioquin post tanti temporis dissimula- tionem, & tacitum cōsensum nullo vult pacto, ad reuocādum admitti. *Quin* etsi intra prēstitutum interuallum displicere sibi testentur, & pia cōcepta impedire co- nētur: permittit canon vt cum illis aga- tur; quo si fieri queat ad cōsentendū ad- ducantur. *Quod* si fiat; permanere vsq; in præclaro conatu oportere decernit. Rectè nanq; Toletani patres quodam s loco:

Tolet. cōc. 33 loco : monachum autem (aiunt) aut pa-
ca. 49.
Burch. lib. 33 terna deuotio ; aut propria professio fa-
8. cap. 6.
præcessit 33 cit. Quicquid horū fuerit, alligatū tene-
ibidem. 1. 33 bit. Proinde his ad mundū reuerti reclu-
ta. ex. 2.
Tolet. Cōc. 33 dimus aditū, & oēs ad seculum interdici-
cil. quare ex eodē & 33 mus regressus. A qua pietate Germanos
hic canon fit.

ilos priscos minimē abhorruisse; vnus
Burch. lib. 8. canon Cōc. Moguntini, præsentia Ca-
ca. 3. in clau-
stro S. Albani roli Imperatoris Magni illi⁹ (vt opinor)
dicte habitum Ricolphi Ar-
chiepiscopo prefide. cōdecorati 20. testificetur quo definitū
est vel inuitos in clerum cooptatos, vel
monachicis initiatos sacramētis; nisi du-
dū designato téporis interstitio fidē vel
episcopi sui, vel Missi Dominici (sicut
legatum Pontificium receptum erat vo-
care) vel principis implorarent fidem,
et vim sibi factam contestarentur; debe-
re ad liberandum fidem, & nuncupata
vota exoluēdum cōpelli. Cuius rigoris
& 25. cap. eiusdem Synodi apud D.
Burchard. lib. 8. cap. 93. reperire est.

Siquidem

Siquidem & auarorum monachorum
illecebris illectos, alijsue machinationi-
bus inductos ad ponendum comam:de-
cernit res donatas quidem esse hæredi-
bus reddendas; ipsos aut̄ ad cœpta perfi-
cienda cōpellendos; impostores verò ca-
nonicis subijciendos castigationibus. In
hac autē seueritate, & religione quoquo
modo emissa vota reddendi nihil esse,
quod euangelica turba arrodat: cap. Nu-
merorū Mosis 30. quo de ratis, & irritis
votis vxorum, & puellarum differitur,
ostendit. Si nanq; ibi vnius diei silenti-
um patris, vel mariti voti ream coniu-
gem, vel filiam constituat; oportuisseq;
pronuntiet Deus statim contradicere e-
os, si irrita vota à sexu fœmineo nun-
cupata voluissent : æquum esse fatea-
mur necesse est, totius anni, ac diei ta-
citurnitatem meritò pro tacito reputa-
tari consensu in id, quod fortè inuitis

s ij vio-

ORIG. MONAST.

violētia, aut pudor, aut metus principio extorsisse videatur. Cæterū hæc incōmoda, ac pericula, quæ minimè omniū nesciebat; nihil moratus Basilius Magnus: 17. ætatis annū voluit in facris suis canonibus (vtor sextæ vniuersalis Synodi verbis) terminum esse candidatis sacratissimæ monastices. Atqui chorus ille venerandus cōuentus modò nominati licet præfectis Therapeuticis, si videatur interdum persona, aut circumstantiæ aliæ poscere; liberum velit, vt aliquid insuper moræ præstituant tyrūculis, & plenū rationis usum, cognitionem, & iudicium requirat in firmo monachico sacramento: attamen usque ad 10. vitæ annum progreditur; & cauet solummodo; ne porro ad pueritiam fiat descensus. οὐα (inquit) τούτην ἀμέλωμε τούτην
νεκρικὴν πίστειν ζυγοῦσκαστον δεκατην. Quocircā etiā ea ètate diuino hoc testimonio edo-

cemur

MATTH. GALEN.

163

cemur perfectam rationem, iudicium, ac cognitionem necessariam in adolescentulis, ac pueris hisce (quod proprium est) existere, & suppetere: & aduersarios nō minus insulte, quam indoctè hic sole re de rationis in voturis necessitate quiritari. Cæterum huius capitinis epilogum admodum congruentem visum iri pijs omnibus spero: designationem, acrecē sionem festorum dierum, quibus extra mortis periculum (quod & sacramenta illa magna baptifnum, & confirmationem nullo nō tempore administrare co gebat olim summam maiorum nostrorum statorum temporum obseruantia) nuncupari, ac fieri duntaxat vota monastica solebant. Itaque re & nomine Pius

Burch. libr. 8.
cap. 18.

Pontifex Romanus negat consecrandas virgines etiam raptus periculo, tempore alio, quam in epiphania, albis pa chalibus, & Apostolorū natalitijs. Cui

s. iii decre-

Cone. general.
6. cc. 40.

*De diebus qua
bus sancti PP.
vulnerant tan
tam extra peri
cula mortis sa
cramentum ve
niū im
poni.*

ORIG. MONAST.

Burch. libr. 8.
cap. 15.
Deuote virgi
nes.

*Lega
finae*

decreto S. Gelasius per omnia subscriptis
cap. 12. suarum constitutionū : deuotis
„ quoq; virginibus (ait) nisi aut in Epipha-
„ nia, aut in albis paschalib. aut in Aposto-
„ lorum natalitijs, sacrum minimē velamē
„ imponatur: & non ante 25. annos; nisi
„ fortè (sicut de baptismate est dictū) gra-
„ ui languore correptis; ne si hoc munere
„ defeculo exeat, implorantibus non ne-
„ getur. Quale quid & Philo videbitur sub-
„ indicasse; dum in semnijs initiari Ther-
„ peutas suis narrat mysterijs: si memineri
mus raritatis collectarum ab eodem lite-
ris proditæ; & priuatæ illius singulorum
per hebdomadas totas meditationis, atq;
excubationis. Ex his igitur liquet quām
prudēter in omnem partem à S. Sancto
ecclesię Paracleto, & moderatore sacro
sanctæ monastices sectatorib. sit iam o-
lim prospectum; si nō deforent, qui con-
silijs, & placitis eius obtemperarent: &

contra

MATTH. GALEN.

164

contra quām impudenter, atq; importu-
nè sese momi, ac zoili isti ingerant censo-
res hac tempestate; cum ista & ignorant
(vt bona, & sana omnia) & nihil excus-
sum habeant, neq; adinuenire valeant.
Ad extreum liquere confido æquis le-
ctoribus cunctis, & non nimis pertinaci-
bus (quod alibi dictum est) reuera Mm.
Nn. vt monachos clero secūdos; ita mo-
nachica sacramenta secundum septem
illos crucis Christi incomparabiles, &
inexhaustos gurgites primo honore, ac
reuerentia semper prosecutos. Verum
istis iam mediocriter discussis paulum e-
tiam de proprij, ac peculij recētiore qui-
busdam locis adseruatione (quanuis id
domesticæ videatur correptionis, non
externæ, atq; hostilis dimicationis) adj-
ciamus; quandoquidem id ad disputatio-
nem de primæ originis incorruptione
appa-

ORIG. MONAST.

appareat etiam esse referendum; itaque suscepta prouincia à nobis insuper poscere.

DE MONACHORVM PE- CVLIO, ET HÆREDI- TATE.

CAPUT XVI.

ITaq; si h̄ic primū libeat nobiscū paucula, neq; satis eminentia in scripturis huius argumenti vestigia perlustrare: quid de capite hoc sit statuēdum pijs, quidūe antiquæ illi generositati maximè existat congruens; licebit haud obscurè deprehendere. Primum enim Pausum velit fidelium quenq; suas alere; ne quid desit viduis veris; neue grauetur ecclesia: satis indicat illas ipsas nihil seruasse, aut habuisse reliquum; sed cum renuntiauissent suis omnibus pependisse

ab

MATTH. GALEN.

165

ab ecclesia, & eleemosynis, atq; oblationibus publicis; vel stipe suorum priuata fuisse sustentatas. Quod & luxurianti verbo ibidem videtur indicasse. Etenim Diaconissas, ac viduas istas, Therapeutidas, ac monachas extitisse: credimus occasione alia nuper satis adsertū. Iam Barnabas Cyprius, dum actorum quarto extr. agrum refertur vendidisse, quem habebat; pretiumque ad apostolicos deposuisse pedes: cui non vniuersas facultates suas contulisse in communione videatur: Nam communia fuisse illis omnia, neque quenquam suum quicquam dixisse, singulisque imperitum, quantum eis opus foret: paullò ante retulerat Lucas eodem extremo capite. Certè si hæc virtus fuisset simpliciter communis omnium: sacerhistoricus non insinuasset se pro singulari illius Iosephi narrare præconio.

t

Nam

Nam simulatque de communicatione
 illa differuisse; statim: Ioseph autem (a-
 it) qui cognominatus est Barnabas ab
 apostolis (quod est interpretatum fili-
 us consolationis) Leuites, Cyprius ge-
 nere, cum haberet agrum, vendidit e-
 um: & attulit pretium, & posuit ante
 pedes apostolorum. Nec aliud sibi vel-
 le intelligetur historia, quæ continen-
 ter initio quinti capit is sequitur Ana-
 niæ, & Sapphiræ extinctorum; imò
 multò apertius, quod aimus, adferere:
 si diligenter singula expendantur. Pri-
 mum enim iam confessum existima-
 mus inter primos Therapeutas nume-
 ratos fuisse coniuges, qui consensu mu-
 tuo duntaxat coniugalibus condona-
 tis debitis bellum Therapeuticum car-
 ni indixissent. Deinde de pretio dicit
 esse defraudatum. Quæ autem fraus

fi

si nulla promissio? Quantum nanque
 cuique libet semper licuit; & licebit of-
 ferre. Ergò profesi instar aliorum ~~exer-
 citorum~~, ac proprij abdicationem, & pos-
 sessionum suarum distractarum in com-
 mune collationem; post victi auaritia,
 & postera solicitudine reseruare quip-
 piam cogitauerunt. Nam simplex de
 maiore, quam res vera ferret, oblatio-
 ne iactantia: non videtur commeritu-
 ra fuisse tam subitum, ac formidabile
 exitium. Adde & familiarem Sap-
 phiræ ad Petrum introitum idem, hoc
 est, ab ijs institutam Therapiam ar-
 guere. Quid verbis opus est? Et Eu-
 sebius Cæsariensis, quo nihil vixit e-
 ruditus, nihil limatus; & Hermias
 Sozomenus, & Diuus Hieronymus
 Philone, & locis duobus Xanthopu-
 lus Nicephorus contendunt commu-

*E.H.lib. 2.ca.
pte 17.**Sozom. lib.E.
H.primi ca. 2**Niceph.lib.2.
cap. 16. & li.
8.cap.39.*

t ij nica-

nicationem istam historiæ apostolicæ
haud alienam à monachica fuisse pecu-
lij repudiatione. Loca sunt alibi & indi-
cata, & citata, & à nobis tractata. Taceo
de euangelicis ipsis quantumcunq; cœ-
cis, quantumcunque aduersis omni veri-
tati, quantumcunque infensis veterum
sententijs cōcordibus: nihilominus hoc
loco communicationem non prorsus
omnium fuisse adseuerantibus. His au-
tem ita constitutis: quam formidabile sit
quempiam vlo prætextu quicquam si-
bi in seculo facere reliquum, quo nita-
tur, quo diuidatur, in quo defigatur, &
quo denique pro idolo abutatur: nemo
non videt. Apostoli nanque alibi se o-
mniare reliquissē testantur, & secutos esse
Christum, cui nihil erat, vbi vel caput re-
clinaret: & ipse met negat idoneum esse
discipulum, qui non renuntiet omnib.
que possideat, hoc est, Syriacā trāslatiōe

*In Catho. Eccl.
Expositio
Genueniſi.*

*Matth. 19.
Luca 18.
Luca 9. cap.*

Luca 4.

in-

interprete, relinquat vniuersa. Quapro-
pter & Areopagita tradit non sat effe di-
uisis nuntium remittere vitis, ac vale di-
cerere rebus, ac curis temporariis, quæ nos
distinere, ac diuidere queant à Dei con-
templatione, & fortassis etiam amore:
sed & animi configurationibus, & talium fo-
licitudinum phantasiis oportere Therape-
eutam sibi interdicere penitus; nullāq;
rimā iis patefacere ab initiatione statim
contendit. Atqui inter vitas illas, quæ fe-
iungunt à Numine hominē: aliás osten-
dimus vel in primis numerari peculium;
siquidē necesse sit ibi cor hominis ver-
sari, vbi thefaurum eius positum esse cō-
tingat. Cæterum Philonem memorare
Therapeutas edoces, ac persuafos fuif-
se: diuitias, ac possessiones non modò
remorari cōtemplationem, quam vnicè
adamabant, ac deperibant; reliquissē suis
omne patrimonium suum tanquam ad-
t. iiij. hue

*Ex Dion. Are-
opag. de pecul.
et hæred. mo-
nach.*

Matth. 6.6.

*Ex Philon. de
pecul.*

hoc cœcis, & peruerso de rebus tentis iudicio, à quo se vitio lætarentur diuinali
 beratos illuminatione ; verum etiam se
 demortuos fuisse ratos omnibus studijs,
 negotijs, atque adfectibus à veritatis, di-
 uinæq; notionis inuestigatione alienis;
 & (vt semelfiniam) omni carni, & san-
 guini æternum semel dixisse vale : su-
 pra est sedulò, neque id semel demon-
 stratum. Quid igitur hic peculij valuit
 esse reliquum? Quis hoc in statu locus
 sperandi legata, aut obuenturas hære-
 ditates? Quis neget omnes huiusmodi
 vanæ spei cruciatus dissecare mortales:
 nec sinere ea, quæ propria sunt veri ho-
 minis quenquam meditari? Etenim tam
 ægrè philosophia, & intelligentiæ cultus
 cū distractionibus huiusmodi consistit:
 quam certū est haudquaquā pati religio
 nē integrā, & syncerā alteras curas. Por-
 rò si Iosephus quoque reuocandus sit ad

suffra-

Ex Ioseph. de
ead. re

suffragij partes : cū communionem era,
 & perfectissima nihil Effæs docet fuisse
 prius, atq; antiquius habitū ; cū aliis qui-
 dem non indignis, atq; egentibus arbi-
 tratu suo potuisse ex rebus cōmunitib⁹,
 solis propinquis exceptis, impertiri ; de-
 niq; eius extitisse demissionis ; vt ne ve-
 stes, imò ne soleas quidē ante sumere cō-
 sueuerint, q̄ datæ cōtritæ essent, nouæq;
 à curatoribus porrigerentur ; nemo non
 videt nullam peculij vel suspicionem il-
 lic hærere potuisse. Omitto nunc mira-
 bile illud obsequendi, & cūcta ex impe-
 rio, & cum obedientiæ fructu agédi eo-
 rum studium. Possem his flosculos ali-
 quot ex aliis appingere sanctorum pa-
 trum monumentis : nisi longum futu-
 rum metuerem, & digredi nolle ab o-
 riginationis institutæ semitis. Eius gene-
 ris fuerit Beatum Epiphanius in Mes-
 salianis tanquam Manichæum & hoc

Appendix ex
patribus poste-
rioribus.

Ex B. Epiph.
Hæres. vlt.
qua est 80.

damnare;

ORIG. MONAST.

damnare: quod præter apostolicā, quū monachi videri cuperent, quibus cūctis vale dicendum fuisse penitus sumit veluti confessum; nollent manibus victum sibi comparare, quod omnis peculij abdicatio flagitaret; sed pendere ab opulentorum stipe sustinerēt; aut adulatio-nibus parasiticis mensas alienas affectari cogerentur. Hisce nanq; rationibus monendi libertatem, & cætera verorum monachorum officia impediri adfir-mat. Adde Hieronymum & Dormitantium suum erroris eius agere reum: quod dōceret præstare non omnia à se alienare semel; & partem seruare in posterum, vndē etiam indigētibus quid tribui posset; quam ex Christi consilio, & apostolico exemplo simul cuncta derelinquere. Quem errorem, & Gennadius ingeniosè, & pulchrè confutat: sed non licet eò excurrere. Quarē neq; Prospere

Aqui-

*Ex Gemadio.
Citatur ab A.
quinate ad
Matth. 19.
ex lib. de Ecc.
dogmat.*

MATTH. GALEN. 169

Aquitani adducam testimonium, qui Ex Prospero Aquitan.li.2.
etiam clerum vult vel sua relinquere, & de vita contē-
viuere de ecclesiæ bonis cōmunitibus; vel platinæ ca.9.
saltem his indigentibus permisis solo pa- et 3. sequētib.
trimonio suo sustentari. Nā ea, quæ du-
dū hoc capite disputata sunt satis, superq;
nouitios istos abusus, & sacræ auaritiae,
quā simoniā dictitat vulgus, prætextus
recentes redarguūt. Primū eorū, qui no
mine monachi cōtentī, & titulo abdica-
ti peculij: nihil nisi peculiū norunt, aut
certè morātur. Deindē qui paciscuntur
quantūcunq; sint opulentī cū tyronibus
vel maximē idoneis, atq; ipsis optabilib.
de certis sūmis, donationibus, legatis, sū-
ptibus: cōtra sanctiss. Vrbani quinti Pō- In extranag.
tificis Maximi eius nominis interdictū; Janē ne in vi-
nec cōtentisunt gratuitis, & liberalibus
oblationibus ex præscripto Moguntini
canonis 25. Hinc qui haud secus, q̄ si ali- Burch.lib.8.
ud vite genus inuehere pararēt, dū viuūt cap.93.

v adhuc

ORIG. MONAST.

adhuc de parentum morte, testamento, atq; hæreditate anxij sunt; quām improbi, ac prodigi filij: & vbi mortem (vtinā non ab ipsis optatam) obierint, cum pupillis, & orphanis fratribus, & sororibus coguntur litigare, & summam perpetrare impietatem. Mitto eos, qui toto, quo degunt in cœnobijs locupletibus spatio: perinde agunt, ac si parentes emungere, atq; exhauire constituissent; ita ab illis exigere necessaria sua edocentur. Illud minutum inter hæc videbitur forte cui-piam, quod tamen benè morata, atq; instituta monasteria damnant: quosdā vel donata, vel honestis alijs rationib. parta sibi clam præfectis suis vendicare, ac retinere constitutionibus regularum disertè reclamātibus. Quanuis enim hisce in rebus solenne penè consilium sit statuta, non vt sonant; sed vt obseruari cernantur, obligare quenque, & esse cu-stodienda

M A T T H. G A L E N: 170

stodienda absque scrupulis; & verissimū hīc sit; optimum legum interpretē esse consuetudinem: attamen si (vt Benedictina decreta) improbent, atque adeò execrentur regulæ capita clandestinas huiusmodi adseruationes haud consciis præpositis, & morum censoribus; equidem auctoř sanis omnibus sim quicquid ipsis suppetat offerendi, aut deferendi ad illos; vt reformationes passim cœperunt in usum reuocare; quod qui detrectent facere; nisi saltem animo exhibendi, & libenter permittendi, ac tradendi superiorum arbitrio, si continget eos petere; retineant apud se; nolim à legum suarum violatione excusare. Hoc enim, quod dixi, propositum, vbi hæc res abiit in desuetudinem, & negligitur à rectoribus: videtur à diris, ac periculis conscientiæ vt cunque eo præditum liberare.

v ij Verum

Verum istis parergis in opportunius di-
latis tempus : ad aliud transeamus ca-
put.

CVM VNIVERSÆ MONA-
STICES, TVM PRÆMONSTRA-
tensis instituti epistolicum quale-
cunq; præconium.

CAPVT XVII.

Et si igitur suspicer me tam fidei catholicæ, quām sacro sanctæ monastices hosti- bus moturum risum, vel cer- tè daturum ansam calumniandi piū hoc institutum meū per subiunctionem puerilis, atque ineptæ (vt iis fortassis videbi- tur) epistolæ : attamen præterquām quod initio libri me receperim esse fa- ctum, promissumque necdum mutare possum. Primum enim id ratio benè, di- ligenterq; differendi præcipit, quæ rerū naturis

naturis iam sic satis explanatis iubet eas ad extremū cum alijs tam aduersis, quā cognatis comparari. Quod scriptū hoc qualecunq; dabit mediocriter (nisi fallar vehementer) effectum. Nam licet forsitan decuerit me illud corrigere, ac refingere ; & tantum ornatus adjicere, quantum desyderatum fuit in eo, quum pri- mum scriberetur, aut saltem quantum iu- dicij, ac doctrinæ intra octennium pro- ximè exactum nobis minimè sanè otio- sis vsq; interea accessisse valuerit : mihi tamen id parum visum est candidum, ac syncerum ; cum præsertim hic magis fi- dem spectemus, quām stylum ; & simpli- cem, nudamque veritatem inquiramus potius, quām eruditioñē, aut res abstru- fas, ac reconditas putemus nobis ostentādas. Etenim cōfido fore lectione qua- liscunque orationis: vt æquus perspiciat lector reuerà mecum monastices cre-

v iiij uisse

ORIG. MONAST.

uisse hactenus venerationem; & studiū
hoc meum alienissimū esse ab omni cor-
rupto affectu, qui nullo implicatus, imò
à Deo dignatus sacramēto monachico,
nulliūe gratificari cupiens, aut etiam va-
lens meis ciuium meorum adhortatio-
nibus ad nuncupanda vota; nisi Christo,
atq; ipsis; appaream tamen amore eius
semper flagrasse, & in studium illude eo
paecto consulendi alijs incubuisse. Quod
eo à me nunc dictum, testatumq; velim
credi: vt ne locus sit malevolis aduersa-
rijs configendi, quæ nusquam sit tamē,
adulandi cuiquam, verbaūe dandi inten-
tionem. Cum nanq; doctrinam repre-
hendere catholicam nequeant; neq; suā
pesimam satis approbare causam: solēt
pr̄eposteri actores instar momorū assu-
ta sandalia, hoc est, ex cogitatas venatio-
nes humanæ gratiæ, aut si quid aliud cō-
mentifuerint impurissimè emētiri, atq;
crimi-

MATTH. GALEN.

173

criminari. Certè quicquid istis videbi-
tur: confido orthodoxis etiam literatis
& elegantibus, & minimè superstitionis
adhortationem securam non displici-
turā; aut saltem Pr̄emonstratensib. meis
(ita vnicum amoris ius mihi licitū facit
loqui) arrisuram, quibus in ijs, quorū no-
mine exarata fuit olim excitandis ad he-
roica cœpta seruiuit non minimū. Nam
cum duobus esset dictata, ceu præ se fert
ipsa sermonis inscriptio: prior cū abhor-
reret principio vehementer etiā à clero,
& periclitatus esset ab hærefeos instilla-
tione inter elementa prima addiscendū;
post tamen etiā sacerdotiū capessiuit; al-
ter, cum eum pium, & religiosum ante
offēdisset, & his insuper monitis extimu-
lasset; etiā in iuris parentibus, quod suae-
ram perfecit; & etiam nunc laudatissimē
viuit in Abbatia Mittelburgēsi, cum a-
liorum amicorum omnium, tum meam

in

in primis expectationem summam susti
nens, q̄ eum minimè falsurum mihi per-
suadeo, atq; adeò hoc tempore de patria
benè cœpisse mereri, & optatis nostris
pulchrè existimo respondere. Quapro-
pter vel hac sola de causa, vt discipulii-
stius, ac ciuis mei nomen (Guilielmi in-
quam Bauij) hac opportunitate vindica-
rem ab obliuione; & posteris nostratib.
redderem commendabile : non iniuria
videri poteram antiquā quidem illam,
sed non inutilem tamen epistolam dispu-
tationi huic admiscuisse. Quanquam (vt
quod sentio dicam) nō desperē eandem
& alijs profore, & eos animaturam cum
ad alia monastices instituta, tum Præ-
monstratense complectendum: si nō ali-
bi saltem in mea Valachria; quo equidē
operæ, & facti pretio nullum prius, anti-
qui usq; possum hactenus ducere. Verū
iam ipsarum literarū verba subijciamus.

Epi-

EPISTOLA CONSCRIPTA
pro typo oratiōis generis suaforij, qua Mat-
thæus Galenus optime spei adolescentes Jo-
annem Cornelium Capitonem, & Guiliel-
mum Bauum hortatur : vt monastiken ve-
lint sectari, & Abbatii Mittelburgensi
nomen dare.

TYpum & exemplar volenti mihi da-
re vobis deliberatiæ orationis Ioan.
Corneli, & G. Baui: nullum opportuni-
us in mentem venit argumentum; quām
si eius laboris, quem vobis erudiendis ha-
ctenus impendi, & porrò subire; nisi pa-
rum gratos, & benignos vos sentiam; pa-
ratus sum; mercedem aliquam, & (quod
vocant) mineralia vobis postularem.
Quid autem suspicamini h̄ic queso: num
fordidum lucellum, & sordes terræ (vt
quidam loquitur) pecunias me putatis à
vobis petere. Evidem tātum absum ab
hac auaritia (ceu decet sacerdotem, &
Theologum) vt, etiam si opulēti essetis;
tamen ne teruntium quidem vel ab ob-
truden-

trudentibus dignatus sim vñquam accipere. Quanquam non dubitem; quin id honestè fieri queat: & defendi tam sacris testimonijs, & exemplis; quam philosophicis valeat. Quam igitur ego remunerationem, aut stipendium doctrinæ meæ defydero: Dicam breuiter; vnu illud dignum operæ meæ pretium fore existimo: si & multum proficiatis, seu diligenter studeatis cum philosophia, & literis bonis; tum literis sacris, & linguis; & deinde de patria communi Valachria quam optimè mereri cupiatis. Vide te nostram æquitatem; & in exigendo debitum moderationem; ne dicam liberalitatem. Sed quoniam hoc sine accessione tertij doni fieri nequeat; & pro defense patriæ haud valeatis, nisi Mittelburgense monachorū albo vos adscribi patiamini, ac curetis: fit vt istud præterea, & solum à vestra gratitudine poscam. Id

quod

quod tñ hac tātū cōditione vos facere, & cōcedere mihi opto: si prius nihil studia vestra decere magis; nihil esse pulchrius, sanctius nihil; nihil tot, tamq; ingentibus affluere cōmodis, nihil veriore, & diuturniore animos vestros affecturū voluptate; q; hoc, ad quod vos hortor, vite institutū, probauero. Nā (vt propositū interim liceat immutare ordinē, & postremū primo exequamur loco) quid beata illa animi tranquillitate, et corporis gratissima rege, solitudine, silētio altissimo, vacuitate strepitus, et turbæ; deniq; vita ea, quæ in rerū cōtemplatione versatur; iucūdius optari, cogitari ué à quoq; valeat: His enim rebus, hoc est, recessu solitudinis, et qete expurgatos fuisse pastores illos, q; dignissimi fuere quōdā, qbus diuinū beneplacitū natū Seruatorē Christū per Angelū suū adnūtiaret; oīs theologie lumē Dionysius Areopagita cōtēdit.

*Luc.libr.2.b.
Lib. de Hier.
cel. cap ..*

x ij Hæc

Hæc autem omnia istam monasticentam indiuiduo sequuntur comitatu : vt ei esse propria, & nusquam adeò copiose inueniri videatur. Etenim siue monasterium, & quasi sanctimonia, & eruditionis omnis palæstram habitare contingat; siue excubare foris pro Christi oibus iubearis: illis frui delicijs, & bonis spiritualibus, imò & corporalibus affatim liceat. Nam quid securius, quid angore animi magis vacuum, quid minus triste eo: qui curis mundi, & ridiculis solitudinib. procul allegatis; partim latrœ, seu religioni, videlicet sacrificijs peragèdis, laudib. Deo canendis, precib. offerèdis, & eiusdè generis laudatissimis cæremonijs det operā obeūdis; partim diuinarū literarū sanctis occupetur studijs, & quo ad eius fieri queat, pijs meditationib. terra relinquere, & descendere cœlū, & cum Numine satagat colloqui : Certè

quic-

quicquid ab indoctis, & impiis plerisque hodie fiat: ista decent vitam monasticā; & illic liberè studiosus, & pius animus exercere ea, si tātum velit; posset. Quarè & reliqua illa consequantur fuerit necesse. Nam qui illum ad modū Deo seruiat, & pompam rideat, & contemnat fortiter mundanam : cuius eloquentia enarrare valeat ; quanta is beatitudine, & gaudio vsq; abūdaret. Nam ea maioribus nostris hominibus sapientissimis lātissima vita est habita, & re vera est: cuius preces studia, & studia vicissim preces exciperēt. Sic nanq; demū fit; vt turpitudinis, & peccati omnis fons labōrū tædiū, atq; otium nunquam venena sua miscere queat: hac maximè arte efficitur; vt nunquam non lectio, aut meditatio sit volupe ; & item, vt precatio nullum vñquam sentiat fastidiū. Etenim, quæcunq; corpori necessaria sunt : can-

x iij didus,

didus, honestus, & adspectu ipso delectabilis vestitus, homine pio, & studioso, & dignissimus, & conuenientissimus victus, nummus insuper, qui satis sit ad quævis pietati, aut studijs apta instrumenta sibi cōparāda suppetūt. *Quid obsecro Theo logicus animus, et Christo duce non indignus miles reqrat: Iā si prouincia gregem pascendi dominicum mandetur: aut par, aut maior cum corporis; tum ani mi sequetur voluptas. Nam cuius pectus maiore præditum lætitia potest esse, quā eius: qui iam vel agat ea, quæ suo domino sciat esse acceptissima; vel diu egerit,*
1. Phil. e.
Ausonius. *et cum Paulo dissolui cupiat, et esse cum Christo: Optimè nanq; ille poëta rogan ti, quænam summa esset boni respondit: mentem esse sibi consciam recti. Neque enim philosophi aliud voluptatem esse definiunt, quām in bono, quod consecutus sis, requietē animi, et oblectationē.*

Eo

Eò accedūt cetera, q̄ nemo ignorat. Nā quāta quies, otium silentiū nostratibus suppeditet pastorib. tā in ciuitatib⁹, q̄ pagis; fatis notū est. *Quin rediua semel cotidie peracta (quod sacerdotale debet prestatre munus) reliquū diei tēpus Deo, & studiis, ac operibus bonis, vt exploratio ni gregis, cōsultationibus, indigentium subuētioni, mœstorū cōsolationi, infirmorū exhortationi, et sanationi, & id genus aliis planè diuinis officiis, & Christiana dulcedine plenis licet, ac decet insu mere. Mitto vitę cōtemplatiæ suavitatē, & cōdimentū: q̄ his nō tantū permititur; sed & maximè cōuenit. Verū quātū mel, q̄ solidū gaudiū, qualis beatitudo (q̄ppe vix vna cœlesti minor) pio, & docto pastori ex illis (q̄ modò enumeraui) officiis ebulliat: ne cōprehēdi quidē animo, aut cogitatione; nedū verbis efferri queat. Si igitur voluptate vlla in rebus expetēdis moueri cōfueuimus; si magni*

res iocundas æstimare soleamus; si nihil ad res ambiendū, persequendumq; fortius impellere mortales omnes queat, ac debeat; profectò liquet nos vitam istā, & merā voluptatē iustissimas ob causas amplecti, & exosculari oportere. Præsertim cum iocunditas ista non tantum magnitudine, & honestate ceteras, quas vulgus vocat voluptates vincat: verum etiam sterilis minimè sit, & sola, & multiplicibus veniat ornata cōmoditatibus. Nam sunt pleraque res non iniucundæ quidem; vt musica, ciborum, potus, & similiū rerum cupediæ: sed præterquam quod secum nullam adferant vtilitatem; persæpè etiam sunt pernicioſæ. Atqui vita ista tanta commendatur fructuum vbertate: vt nihil possit suprà. Etenim siue aurum, & argentum quæras (quod beatissimus ille vir se possidere negabat) siue honores, siue quicquid aliud plebe-

cula

cula cæca in vtilibus numerat; siue verā, & Christianam vtilitatem spectes: nihil non reliquorum institutorum vitæ, longè post se deprehendetur relinquere. Nam quis nescit: quanto in honore sectatores huius instituti sint; cum vbiq; tū apud Valachros nostros: Dñi nō monachi, aut religiosi nuncupantur; neque verò titulo tenus vocantur; sed re, & veritate existūt. Nā potētia eorū apud Selandos omnes, & auctoritas summa. Si quidem Abbas ipse Selandiæ primas est, & veluti quidam dictator: sodales verò non Selandiam penè totam solum; sed magnā Hollandiæ quoq; partem obnoxiam, & subditā sibi habent. Quoniam ex ipso hoc veluti equo Troiano illuc non tantū dñi, seu magistri gregis (vt ille loquitur) sed etiam ministri, & cōmilitones (quos facellanos, seu cappellanos noctates appellat) petūturi, & emittuntur.

y Quo

Quo fit, vt tanta gratia apud omnes valeant: vt non ita pridem vir clarissimus, et nobilissimus, et stemmatis Burgundiaci haud degener alumnus Maximilianus à Burgundia huic collegio accenserit suæ familiæ, & Cæsarianæ cognationi indecorum non censuerit. Opes certè tantæ, ac tales sunt: vt magis diffusa ræ prolatæ, quām suasuræ mihi videantur. Quippe siue præfecti ipsius spectæ, reditus, & gazas, siue lucrum maximum cellariorum, præpositorum, idque genus domi agentium, & officia publica monasterij exequétium; siue parochias amplissimas administrantium prouentum, & stipendia magnificentissima (vt de muneribus incredibilibus taceam, quæ nostrates etiam in improbos doctores, imò & indoctos, merofq; afinos, nedum in eruditos, pios, & ciues, aut cōterraneos effundunt) omnia regia, & splendida

didissima esse reperies. Ij porrò, qui priuati sunt, & iuuenes, & maximè indocti, & quicunque deniq; degunt in monasterio: sibi quidem pauperes, & miseri videntur respicientes aliorum sodaliū luxum, & diuitias; plus tamen me herculè habent, quām ad benè, beateq; viuendum sufficiat. Siquidem necessaria omnia victus, & amictus, isq; liberalissimus (vt et superius commemini) vsq; ad vitium, & luxuriam suppetunt: non defunt, nescio quæ stipendia, quibus alij quidem ad pompam abutantur; pius verò & studiosus iuuenis illis vel suos queat alere (siquidem id antiquo, ac recepto more licitum habeatur) & subuenire egētibus; vel insignem instruere etiam possit bibliothecam. Sed id iam quid necesse: cum Abbas ipse Philadelphi regis videatur famā velle superare:

y ij &

ORIG. MONAST.

& nullis nō sūptibus immensam librorū multitudinē, & copiā vndiq; nō desinat sibi cōparare: Quæ res sola studiosi hois animū eò pellicere meritò debere videatur. Nā qñ fieri nequeat; vt citra multā, & variā lectionē, ac proinde librorū copiam, eorumq; variorum idiomatū quis nomen docti adsequi, aut sperare valeat; & paucissimorum sit, vel eos, qui latine scienti tantum theologo necessarij sint emere: eos, qui singulari cupiditate doctrinæ alicuius incensi sunt; & tenuitatis suæ nequaquā obliti; illuc se cōsultissimè recepturos, & quasi præstructis se exatiaturos epulis, non diu, & semper latrantia portaturos (quemadmodum quidam ait) ilia, efficitur necessariò.

De commodiis spiritualibus. Iam si mereri quoque pius animus, & non nihil gratiæ, & familiaritatis sibi apud Numen parare sanctimonia, & virtute sua concupiscat: qua (precor)

via,

M A T T H. G A L E N.

179

via, qua methodo id commodius, certius, facilius præstabit: Nam quum cognatorum præcipua nobis habenda sit ratio, & eorum sedulò succurrendum sit egestati, adeò vt infideli deterior pronuntietur à Paulo prioris Timotheo 5, qui suorum, & maximè domesticorum obliuiscatur; & ipsa monastices inacessa sit perfectio candidatis quibuslibet, quibus alendi sint parentes in seculo: qui pauper ipse sit, & tenuibus vndiq; valletur propinquis; ni planè desipiat, istud vitæ genus meminerit amplecti. Etenim & coenobitica illa munia, & externi pasto ratus tantā exhibent pio, & liberali Oeconomo Ecclesiasticarum diuitiarum materiam: vt suos (si res ita ferret) ab inopia, & nuditate omnes facile tueri, & honestè alere posse videatur. Atqui diues fit aliquis: tamen eleemosynarum mirabilis laus, & prædicatissima in scripturis:

y iij vir-

virtus; quēnō erigat, & ad se pertrahat. Nam licet propinquos, quibus des, non habeas fortè; vel quia terræ quidā filius, & ignotissimus sis; vel quod illi non indigeant, & ditissimi sint: nihilo minus meritū largis in pauperes, & mēdicos quousquis repositum; profectò quemuis sui amore, & studio inflammet. Sed nihili pendatur eleemosyna; contemnatur in suos pietas: quia tamen locupletes ecclesiæ, & prouinciæ, & dignitates domesticae munificentiae sint parentes; consilium nostrum valeat necesse est. Nam licet ingenita mihi quietis, & vacuitatis ab omnibus terrenis negotijs appetitio opes cunctas despicere, abhorreareq; docuerit: interim spes emolumenti summi modò rectè vtētibus proposita; quiduis perpeti, & inuita minerua, atq; ingenio deuorare me cogat. Etenim cum benē mereri de multis, & quidem ciuibus, aut

con-

cōterraneis sit optimū; & illud hac præcipue ratione queat confici; si multi theologi, & docti clerici nostræ patriæ quasi colscribantur, & præparētur: fit vt & ipse à thesauris minus sim alienus, & auersus; & alios vel lucro in idē destinato studentes nō possim nō laudare. Quod quia per opes istorū Premōstratenſiū siue domi, siue foris (vt s̄apē dixi) Christo militatiū fieri queat facilimē: sanè me (fateor) permultū res ea vite illi conciliat, & tantum non consecrat. Evidē nanq; sic animū meū induco, et sētio; quod si mihi cerne re vnq;cōtingeret 4. aut 5. Theologos Valachrię nostrę præfici à me eo promoto, et euectos: propè effet, vt exclamationē cum gentium doctore: supereft mihi corona iustitiae, quā mihi reddet iudex iustus in illo die; et, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹: aut cū Davide: heu mi hi quia incolat⁹ meus prologat⁹ est. Cer tē Vestcapellenſ. Flissingēſ. Tserostcer

*2. Tim. 4. b.**Rom. 7. d.**Psal. 119. a.*

O R I G . M O N A S T .

censem, & plurimos alios ex isto mona-
sterio pastores; si frugaliter, & ita vt sacer-
dotes Christianos decet, & oportet vi-
uat: iurare a usim vno, & eodem tempo-
re singulos quatuor, aut quinq; Louanij,
nedum alibi studiosos honestè educare,
& necessarijs iuuare posse. Ergò tantum
emolumētum, tam immortale lucrum,
& incomparabile commodum: quem-
nam (quæfo) pium, & qui sit alicuius sal-
tem charitatis ergà solum natale sibi cō-
scius; non commoueat, incitet, ad se ra-
piat. Vtinam mihi, & ô vtinam cum ijs,
qui tantum istud in vita præstiterint, tri-
bunali seuerissimo Christi fisti daretur
Num. 23. B. olim. Et quidem non sine summo voto,
& defyderio flagrantissimo propheta vi-
dens animo, ac spiritu Israelis beatitudi-
nem quondam aiebat; moriatur anima
mea morte iustorum, & fiant nouissima
mea horum similia: ego verò si cum nu-
tricijs

M A T T H . G A L E N .

181

tricijs piorum aliquot cōcionatorum, &
pastorum iudicari merear; multis in cœ-
lo versantibus animabus, & beatis homi-
nibus inferiorem locum haud occupatu-
rum me sperarem. At nunc votum tan- „
tum me confortatur, quod non omnino „
clementissimum dominum nihili factu- „
rum confido: neque spes mihi vlla datur „
amplior, quā diu, quibus obstringor be- „
neficiorum vinculis, ab istius sectatione „
vitæ impediār. Verum illos, si quidem „
docti sint, & pij, maxima illa, & planè
Apostolica, præterea manet gloria, &
merces. Nam quicunq; alicuius sunt pro
bitatis, & doctrinæ tolerabilis: statim do-
cendo, regendoq; populo præficiuntur;
cuius muneris quām magna sint præmia,
quām multum id nos Christo commen-
det, quām pretiosa beat hominem tandem
corona; facilius cogitari, quām sermone
comprehendi posse crediderim. O ter,

z qua-

terq; beatos, quib. functis dignè sanctissimo isto officio tandem ultima adest hora; ô fœlicissimos illos quā docunq; euocante Imperatore suo; vt recipiat virtutum me rita; in cœlū euolant. O omni deniq; elo gio, & bono superiores, vbi cunque vi uunt, & agunt; quia beatitudinis certissima; eos spes non definit omni cumulare gaudio, & exultatione conscientiæ. Iam qui confyderet prodigalitatem, & Sybariticum penè luxum nostræ non Valachriæ; sed & totius Selandiæ: is tanquam ad tutissimum pietatis conseruandæ portum monasterium istud configuet. Nam Erasmus Rotterodamus homo emunctissimæ naris nostrati luxui deputare non dubitat alibi in edito de imitatione Ciceroniana libro: quod pauci docti, nulli eloquentes hactenus in nostra patria extiterint. Evidem dum superiore anno aliquando hærerem illic,

&

& obseruarem singula paulo attentius: deprehēdebam, & diuitias omnes crapula, & ebrietate, aliaq; profusione dilapidari; & vitia illa adeò familiaria esse facta; vt tantum non virtutes habeantur. Ad hæc is, quem non lateat, quot mala pariat licentia, & viuendi vt lubitum fuerit animo libertas, nullius timore, & imperio coērcitum otium: multo beatorem monastices istius professionē iudicabit. Obserua nanq; cleri nostratis mo res, scelera, & impietates; & luxuriam quoque omnium ordinum, & ætatum, in qua versari eos necesse est medios, attende; & tanto magis, quanto aut eruditiores habeantur, aut probiores appareant; illuc solicitari: & saluberrima esse monita, & consilia nostra patet. Etenim frequenter homines non indocti, & (quod magis mireris,) admodum discendi cupidi, donati rude illa

z ij Selan-

Selandico clero propria, & eo, quod græci *εὐγένειαν* elegáter appellant, id est, omnis iugi excursione, metusq; vacuitate corrupti, in medijs deniq; Baccho, Cerere, & Venere assiduè degétes: citissimè, nul loq; satanę negotio in turpitudinū, & scelerum baratrū præcipitati sunt; & (quod miserrimū est) haud vñquā post emerge re inde valuerūt. Quanquā aut & illi, qui sacrę illi militię sint adscripti, interdū exorbitarint, & à recto tramite cursum probitatis deflexerint; & olim aberrare fortasse queāt: attamē nisi illicò se colligāt; & in viā redeant vltro, præfectorū metu, & muneris dāno, aut continentur in officio, aut deterrentur saltē à cœptis turpis percolēdis; aut vi postremō comprimuntur, si desperatissimè ægrotent. Sanè quantū efficiat etiā in probissimis eorū, qui auctoritate, & imperio sint prediti, respectus, & offēsa cogitata; dici nō potest.

test. Nā quiuis vsu discat, frequéter, vbi cætera transfilierimus septa, Dei amore, & timorē proiecerimus, propinquorū, familiarium, subditorū damnum, quod exemplum nostrum daturum sit, contēpserimus: ad solum hoc retinaculū, quod nos impedit, reliquū retineri, & extremo à malo prohiberi. At verò clerus Selandicus reliquis, quicūq; nempe sacramento se Præmonstratenſi nō obligauit Imperatori: plebis nostratis reuerentia, & obseruantia sui in tanta etiā nunc improbitate, & indignitate fretus, atq; animatus; quiduis impunè, & audaciſſimè tentat, perpetrat, & gloriabūdus audet. Nullus enim timor, qui obsistat inclinato furori vsquam est; & parētes, aut amici alij dignitatis sacerdotalis honore cōmoti corripere, vel non audent; velsceleribus quoq; more Corinthiorū à Paulō reprehensorum blandiūtur. Quocir-

O R I G . M O N A S T .

ca eum, qui minimo salutis suæ teneatur penso, & cura; qui vel suis, vel sibi consultiſſimum eſſe capiat: liquet consilium noſtrum oportere ſequi. Et ſequimur crebrò illa, & persequimur inflammati vtilitatis ſoliuſ momento; vbi tamen honeſtas clarissima, & miſerabili voce nos inde reuocare perſpicitur. Hac autem re; quid ſanctius, quid pulchrius, quid Deo gratius exiſtat: non eſt cuiuſuis dijudicare. Nam licet religio ipſa (vt vulgo nunc loquimur) & monaſtice Mittelburgenſis minus præclara haberetur: attamen, quod ea vniqa ſit via ad rem longè omnium præſtantiaſſimam, patrię conſeruationem, deſenſionem, propugnationem, et cohoneſtationem veriſſimam, id eſt, ad paſtoralem virtutem; pijs omnes me herculē eò deberent merito accurrere. Etenim ſi laudatiſſimi quiq; principes explo-

raturi

M A T T H . G A L E N .

184

raturi hostium conſilia, vires, munitio-nes, itinera; frequētiſſimè indignas pro-ſus libero homine perſonas, & habitus haud grauentur induere, ac gerere, quo-plures ex hostibus pereāt, hoc eſt, Chriſti ſanguine pretioſiſſimo redēptis; aut certe, vt plus iis nocere queant; & boni omnes ad cœlū ob huiuſmodi ſtrategemata, & calliditates, ne dicam temerita-tem, illos extollant: quanto maiorem omnium iudicio laudem iſi mereri videbitur, qui, quo perituras, ac perditas ex bona parte Chriſti conſeruatoris noſtri (vt ipſe mauult nuncupare) oues liberet, tueatur, feruet, ex orci faucibus eripiat; id ſolum in ſe ſuſcipiat, quod immerito, & peſiuiſis quibusque tantum diſpliceat. Evidem Comitem Buranum cum duobus aliis nobiliſſimiſ viriſ, quo anno nam Gallorum, & animos cognosce-rent aliquando non dedignatos ornatū

cir-

ORIG. MONAST.

circumforaneorum mercatorculorum adsumere, scrutis, & laceris pannis gene rosa membra vix texisse, os, barbam, faciem, totumq; corpus; ne deprehenderentur deformasse, fasciculis sulphuratum facularū, idq; genus vilissimis mercibus se onerasse: me frequenter audisse memini. Quin & clarissimus vir foecis memoriae Hadrianus Croyus comes Rhodius cucullo Franciscano (vt propius exempla conferamus) tectus in hostis Galli, & sibi ob crebras victorias, acceptasq; clades infensissimi penetralia irrepsisse, & Ducem Burbonum Cesarianę gloriæ columen illinc abduxisse fertur. Cum igitur videamus tantos principes, tam indignase, quo Imperatori suo se probarent, ac commendarent subiisse; idq; cum periculo capitis adeò, nedum fortunarum: num ij, quibus in votis est, summo illi Imperatori Deo gratificari,

&

M A T T H. G A L E N. 185

& placere, quibus vel villa misericordiæ, & fraternalè charitatis insideat scintilla re liqua; rem solis improbis haud probatā, & vel eo nomine maximè laudandā; vt se, suosq; saluti, et regno cœlesti, cui desti nati, & adquod nati, regeneratiq; sint, asserat; præstare grauari, recusarene poterūt. Certè Paulus proculab ista nostra inhumanitate aberat; vt qui se ipse prædicet omnia omnibus factum; quo cunctos lucrifaceret Christo, & saluos faceret. Illis (inquit) qui erant sine lege, factus sum quasi fuissem sine lege; cum tamen non essem talis; sed lege Christi tenerer; Iudæis factus sum Iudæus, vt Iudæos conuerterem; perinde ac si gentilis fuissem, gessi me apud gentes, quo gentes commodius fierent saluæ. Quid multis: Omnia se factum (vt dixi) affirmat, quo nullis non salutem adferret. Qui Ierosolymis quoq; purificari se, tō-

Cor. 9. d.

Act. 21.

Aa deri,

deri, radiq; sustinuit: quo impiissimæ suæ genti salutis ianua non præcluderetur. Eumne ergò quisquam adhuc putat; si nunc viuat, & hanc miseriâ Ecclesiæ intueretur: non vel celliticum institutum; vel si quid aliud nostræ inclemétiæ, & impie-tati magis ridiculum, aut deforme appa-reat; lubentissimè amplexurum fore; si vel minima spes tollendi, leniendi uemali reipublicæ Christianæ affulgeat? Quo fit, vt nos pudere meritò nostræ debe-at improbitatis, & sœuitiæ; qui inuitati ad genus vitæ ex omni parte beatum, & laudabile detrectare non veremur. Nam licet monastice nihil re vera di-uinius sit, nihil angelicæ beatitudini ma-gis consentaneum, & conforme; solif-que perditis hominibus ea non arrideat: tamen, etiam si illa penitus audiret male, istud institutum præclare se haberet, & criminis omnis foret expers. Nam domi-ni,

ni, non monachi & sunt, & vocantur: & Abbas ipse solo nomine, & ordine à prisco aliquo videtur differre episcopo. Etenim & Augustinus, & Basilius, & Martinus, & V Villibrordus, & cæteri antiqui Pontifices huiusmodi clericorū cœnobia, & collegia domi suæ alebant, vnde & episcopi, & pastores in parochias, ciuitates, pagos, & castella mitteban-tur, atq; eligebantur. Quod cum hîc fi-at, & monasterium aut sit, aut esse debe-ret, vt olim fuit pietatis, & eruditionis seminariū; & totis regionibus de dignis prouideat pastoribus, quorū officiū, et necessitas nulli vñquā patuit, aut patebit denti: quis nō videat aliā esse causam, et dignitatem huius instituti, aliā vniuersi monastici ordinis. Quanquā id decus, ea laus, tanta sublimitas huius virtutis, et (vt veteres theologi vocitant) philo-sophiæ existat apud pios, eruditosq; oēs: vt

Aa ij res

res nulla, nullum vitæ genus in comparationem venire cum ea posse videatur. Id quod non minus prolixis, & eruditis, quam disertis voluminib⁹ plurimi ecclesiæ doctores tam græci, quam latini demonstrarunt: in iis sunt B. Chrysostomus, Basilius, Hieronymus. Philo autem diui Petri familiaris, & post eum Eusebius, Hermias Sozomenus, & Niciphorus vel ab ipsis apostolorum rem deducunt temporibus, & placitis. Quorum elegantissima scripta græco idiomate elaborata etiam nunc ab eruditis omnibus teruntur. Quarè meritò Erasmū, & sciolos aliquot alios crassæ ignorantiae suæ pudere debet: qui vel à Basilio, vel Hieronymo, & Augustino rem vetustissimam excogitatam primum, cultamque non veriti sunt opinari, ac publicè docere. Siquidem beatissimus ille, & facundissimus Ioan. Chrysostomus,

mus, neq; id solus, ostēdit monastices calamniatoribus, contra quos scribit: eam non ab apostolis primum, ac tantum cœpisse (ita videlicet ut ante imago eius nulla extiterit) sed prophetas insuper olim vitam illam coluisse. Quin & disertissimus ille hebræorum (quod & D. videtur Hieronymo) Alexandrinus Philo apud Iudæos non multo post Christum semina quædam monachicorum mysteriorū apparuisse adfirmat. Sed hæc aliò pertinet, licet antiquitas ipsa dignitatis, & gratiæ haud parum quoq; soleat rebus addere. Verum nos in tanto (si mihi ita loqui liceat) monastices stemmate, & nobilitate ab annorum multitudine nullum petemus præsidium: & solo merito, ac virtute sua existimari eam percupimus. Cum enim id sit monastice, quod supra Christi præcepta ea, quæ nullum non exequi oporteat; illa præterea addat, q̄ ijs solis

Aa iii Chri-

*Vide Hiero.
in exordio en-
comij eremitæ
Pauli. Nā de
monachis soli-
tarīj est hic
sermo.*

Christus proposuit, non iniunxit, aut imposuit, qui perfectionis teneantur amore, & cupiditate; atque idcirco alumnos, cultoresq; suos maximè, & solum perficiat: quis (obsecro) vel cacodæmonemal lignior ipsam suggillare, & impia, virulētaq; audet vnquā lingua proscindere. Tria autem illa præcipua sunt, quæ monastices studiosis prestanta mandantur, voluntaria pauperies, obedientia, castitas: quibus quam ampla Christus assignavit præmia nulli puto ignotum; & maiores nostri, commendationibus illis, & exhortationibus ipsum monasticen nostram, & hanc, quam etiam nunc sectantur plurimi, & nos modo laudamus extulisse, instituisse, & ad eam suos prouocasse contendunt. Quid igitur illo vitæ genere, quod Seruator ipse noster induxit, prædicauit, maximis exornauit stipendijs, ac coronis; quod solum, aut maxi-

mē

mēs uos sectatores donat perfectione: videri nobis potest præclarious, sanctius, diuinius; Si vis perfectus esse (ait Christus ^{Matth. 19.}) ei, qui decalogum præstiterat ab ineunte ætate) vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & veni, & sequereme. Et alibi: sunt (inquit) Eunuchi, qui castraue ^{Ibidem:} runt se propter regnum Dei. Denique commendans votum monastices tertium; qui vult venire post me (inquit) abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: quibus dictis (vt modò etiam afferui) Theologi vetustissimi, & doctissimi omnes monachorum vota, & sacramenta militiæ Christianæ duntaxat laudatissimæ tradere. Ducestrum Iesum assuerant. Sanè maximus ille Dionysius, & theologorum facile princeps Apostolos huic rei monastices nomen indidisse, quod unum faciat singulariter cultorem

^{Luc. 9. E.}^{Math. 16. D.}

ORIG. MONAST.

torem suum cum Deo; & propter summam puritatem, & excellētiā non vulgari sacramento, & spirituali dono, atq; institutione mysteriorū ornasse Deum ipsum asseuerat. Quam ob rem idem ibi dem sua ætate, & quam diu Therapeutę, seu monachi ordinis sacerdotalis expertes erant: semper primos secundum clericum ab apostolis habitos esse, & longère liquam quātumuis sanctam plebem monastici immunem sacramenti excelluisse, & in rebus diuinis, ac mysterijs usque prælatos cæteris omnibus affirmat. Sed multa, & prolixia congerere huc testimonia: huius non est temporis, & foret tñdiosum fortassis, & importunum. Tantum illud non tacebo vix ullum olim ad sacerdotium, Episcopatum, pontificatum solitum, adlegi, & promoueri; qui nō prius monasticis exercitatus foret quoquo modo disciplinis. Hinc monachi græcis
 ἀσκηταὶ

MATTH. GALEN.

189

ἀσκηταὶ, & institutum ipsum ἀσκητος vocantur; illud exercitatores, hoc exercitatio transferatur non malè. Nam Chrysostomus se, Basiliumque suum insigniter ante sacerdotium excoluisse philosophiam hanc in libro de dignitate sacerdotali primo non tacet. Basilius quoq; magnus, & Gregorius Theologus mea lux, & deliciæ: exercitatissimi eadē hac virtute fuerunt; adeò ut hic in epistolis suis narret quanto labore in petra prærupta fabricati sint latibulum aliquod, quod incolerent; ille hunc ad episcopatum raptum eloquentissima simul, & sanctissima non dubitarit in solitudinem ad se epistola reuocare. Sic innumerabiles alij græci, & latini philosophati sunt: & Gregorius Magnus ex monacho factus est Romanus pontifex. Adeò magnifice, quandiu religio viguit, & pietas in Christianis reperiebatur: semper de mo

Bb nachis

nachis iudicatum est. Sed angustia charitæ, & vestræ capacitatis, atque instituti mei ratio me in arctum compellunt: quarè his qualibusunque ipsius huius rei, ad quam vos exhortor, laudibus contentus non mutuabor quicquam stimuli, aut calcar vllum à pietate, & amore in patriam, conterraneos, ciues, amicos, propinquos; non explicabo quantum honoris, gloriæ, laudis studium benemerendi, nedum ipsa beneficentia mereatur; quanti iudex omnium nostrum Christus prouinciam paucandi suum gregem faciat; non dicam hoc uno facto ipsum declarari velle, & existimare nostram erga se charitatem, & gratitudinem (si nanque amas me Petre, inquit, pasce meas oves) non proferam etiam gentilia, aut secularia exempla, quibus nostram crudelitatem, & merum fratrum, hoc est, Christiano-

*Ioan. 21.2.
Vide Nicop.
ii. 11. 54. 25.*

rum quorumuis, nedum ciuium, & cognatorum, aut etiam parentum contemptum coarguam, & castigem; non ero denique molestus maleuolorum, impiorumque hominum refutandis, reprehendēdisq; blasphemis, aut etiam ijs omnino tergiuersationibus, imposturisque diluendis, quas vobis, ac pietati vestræ, aut diabolus, aut mundus, aut caro ipsa dictat, ac suggerit. Nam vel obiter in priore oratione omnia ista expediūimus; vel certè tanta, tot bonorum spes, & pondus; vt pro nihilo ducantur, & despiciantur, nullumque dent vobis damnum, efficient.

Quocircà perorabo, & ad vos Ioannes Corneli, & Guilielme Baui redeo, orōq; atq; obtestor spem, & indolem pietatis vestrę: vt si rem hanc non fructibus modò æternis, sed temporarijs quoque affluētem ipsi arripere nolitis; si instituti

Bb ij genus

ORIG. MONAST.

genus, quo non est aliud, aut sanctius,
aut honestius grauemini vltro persequi;
& amplecti; si voluptatem (vt semel fi-
niam) & verissimam, & maximam per-
petuam fugiatis: at mihi pro mercede id
(obsecro) concedite; pro hac, qua vos
prosequor charitate, & benevolentia
reddite (quæso) aut si nihil meritus, me-
riturusue videar de vobis; tantillum nos
beneficij, & muneris (precor) finite ex-
orare. Quod cum summa poscat æqui-
tas, flagitet pietas, exigat gratus animus:
qui tam suppliciter deprecanti denega-
re tantillum queatis; equidem non pos-
sum intelligere. Quod superest Domini
nostrri Iesu Christi humanitatem, & misericordiam oro: vt, quod sibi honori sit,
sponsæ suæ Ecclesiæ emolumento; vo-
bis vtrunque adferat, & pariat; dignetur
vobis inspirare, & persuadere, cui cum
Deo patre, & S. sancto honor, gloria &c.

in

MATTH. GALEN.

191

in secula seculorum amen. Louaniæ ex
Collegio Theologico Idib. Augusti.
M. D. LV.

EPILOGVS CVM TRANSI-
TIONE AD CONFVINATIONEM

nonnullarum calumniarum, & cauillationū
aduersariorum Monas-
tices.

CAP. XVIII.



ÆC habui Pater, ac Dñe
Reuerēde, quibus meam tū
in Monasticen vniuersam;
tum in Præmōstratense in-
stitutū facerem testatam pietatem; qui-
busq; sperarem originalia eius lineamē-
ta, atq; ornamenta temporis inuidia ob-
literata in notitiam catholicam posse iri
reuocatum. Nam licet dissimulandum
non sit rationem de rebus ex arte diffe-
rendi poscere; vt hoc loco occurratur

Bb iij aduer-

ORIG. MONAST.

aduersariorum calumnijs, & intolerabili
bus maledictis, quibus sacramenta hæc
præ cæteris orthodoxæ partibus graua-
ta sunt iam indeprope ab ortu suo: atta-
men eo sum ingenio, & adeò abhorui
semper ab omni rixandi specie, & vicis-
sim maledicendi petulantia (quod ferè
prouincia respondendi stultis secundum
stultitiam suam flagitat) vt peroratus
iam omnino fuerim, & renūtiaturus piæ
inclytæ originis horum mysteriorum in
uestigationi, ac demōstrationi; nisi quip
piam ex antiquis meis in eadem illa
meritis suppetisset, quo quicquid reliquum
putari queat, abūdē suppletum iri forem
confisus. Nam hac etiam de causa in ex-
trema epistola iam supra posita hanc ser-
monis alioquin non otiosam partē quon-
dam prætermisi. Semper namq; con-
tus esse constitui veritatis adsertione; &
cauillorum, merorumque falsitatis erro-
rum

M A T T H. G A L E N.

192

rum reprehensione constanter superse-
dere. Nam licet fortassis tempori serui-
ant solidæ, & eruditæ confutationes hæ-
reticarum obiectationum: tamen ipsæ
vñi intereunt; & statim à prima deflo-
rescunt editione; neque vñquam æta-
tem ferunt. Verum illustratio veritatis,
eiusque accurata, ac docta adsertio: vt
seculis omnibus est vtilis, atque adeò ne-
cessaria; ita ferè posteritati arridet, ac
conducit amplius. Commendauit olim
hanc prudentiam suo Polycarpo, ac So-
sipatro noster Areopagita Dionysius: Epiſt. 5 & 6.
& adseruit veritate confirmata vanita-
tem omnem illius hostium, & detegi,
& sua sponte euaneſcere. Cæterum
quo minus hoc cōſilio nunc vtar; & cur
refutationem adiiciendam putauerim:
fecit, quam expositurus sum mox, cau-
ſa, & officij necessitas. Nam cum ante
biennium familiariter vterer (hūc enim
prin-

ORIG. MONAST.

principio testatus sum morem, & monachorum perpetuum amorem meū) Benedictinis duobus diuersorū quidem cōnobiorum, intersēse tamen amicissimis, quorum alter, & variis iactatus foret hæreticorum direptionibus, & persecutionibus ; & versutissimis blanditiis, & incantationibus tentatus, atq; oppugnationibus fidei suæ exercitatus ; neq; id alterum sineret latere cum alia scripta, tum epistolas multo veneno completas ad se hæreticorum proferens, quibus ad desertionē esset solicitatus ; neq; ille ipse mihi auderet rem illam patefacere : tandem per hunc vtrīq; charissimum pericula sua, in quibus aliquando foret versatus, mihi scriptis ipsis oblatis fecit contestata, & modestè, vt responderem inanibus eorum fumis, obsecrabat. Quod cum neq; amicitiæ negare, neq; pudori non tribuere; neq; fidei causa detrectare,

M A T T H. G A L E N.

193

re, neq; deniq; monastices dilectissimæ nomine facere grauari mihi viderer posse: ipsa tamen hæresiarchæ (erat enim superintendens non illiteratus vt apparebat) insolentia, & ad rescribendum adolescentis prouocatio, deniq; arrogantissima de æquitate causæ persuasio , vel certè eius simulatio tacere me non passa sunt; & potissimum me permouerunt; vt ne in mille aliis occupationibus, & quidem æger, defugere refellendi cuncta prouinciā. Primū igitur scriptum ipsum, quod inuectiuam in monastiken rectissimè dixerim, breuibus annotatiunculis iugulaui, ac confodi; quod margines capaces auctor reliquisset, & in his minio quęcūq; pestilentiora iudicabat insigniuisset : deinde cum hoc officium non videretur fecisse satis ei, cui opera ea erat nauata; continuata oratione instar apologiæ confeci responcionem, quam per-

C c missam

missam amico; vt quicquid de ea vellet, fieret; descriptam post intellectu aduersario porrectam cum antapologiæ flagitatione non vna, neque uno tempore facta. Nam primum causabatur euangelicas suas occupationes; alias ad collegas missiculationem, & fidei auctorum citatorum explorationem (quos sibi ad manum esse negabat) postremo nihil expectandum edicebat ante, quam de Theseo sibi probè constaret, quo amicus ille noster haud obscurè usus videbatur, neque is aliud præseferebat; itaque ab internum quibus libebat hereticam diuinxare me inscio, atque haud quaquam libente superbiam credebatur potius mecum acturus, quam cum eo, cuius nomen præfixum gesserat refutatio. Quapropter cum istæ causificationes hominis loquacis, neque prorsus indisser-

tit

indiserti biennale silentium viderentur amicis arguere defensionis ei oblatæ haud scio quomodo mutatae, aut deformatae à scribis vim, & efficaciam; & iudicare ea calumnias ipsius multas fortiter, & exquisitè depulsas: tandem ne timiditas videretur tranquillitatis amor, & de veritate causæ diffidentia: vtque prætextum reliquum hunc quoque detraherem tergiuersatori inimico (vt prudentibus suspicari libet hominibus) volui apologiam nostram assertioni isti pro qualicunque subiungere confutatione; quam spero non paucis commodaturam, quibus absque cœcorum, ac pertinacium affectuum præjudicio videbitur cognoscenda; & non illius tantum infirmata exhibere; verum etiam inexpugnabili antiquitate, ac compendio orthodoxiam ipsam nunc adiicere comprobatam.

Cc ij Quan-

O R I G . M O N A S T .

Quanuis autem facile fuisset characteri antegressæ inuestigationis, ac demonstrationis eam accommodare mutato epistolicæ confutationis ductu, ac colore: tamen nolui quicquam demere, aut addere præterea ex criminationibus aliorum; quod hæ ipsæ mihi viderentur nimia, ea, quam exposui, occasione extortæ. Porrò si cui hæc veluti assumenta antiqua displicitura fuerint in recente tela: is meminerit quid beatissimus Epiphanius, præstantissimus agminis domini exercituum contra hæreticorum ineptias, ac nærias dux, & Imperator cum mille locis aliis, tum Antidi<sup>Hæref. 78. et
baref. 42. vbi
parvum
contra Marc.
ponit.</sup> comarianitis, & Marcione sibi faciendum dux erit, quem nos præ cæteris omnibus libentissimè in conflictionibus cum hæreticis magistrum sequimur. Posteriore nanq; loco paumentū quoddam aduersus Marcionem ante per

M A T T H . G A L E N .

195

per occasionem aliam conscriptum reprehensioni illius inferit: priore epistolam longè ante missam ad Arabas solam loco plenæ, exactæq; refutationis attēxuit, eaq; vna contentus adscripta totam illam vesaniam se satis retudisse existimat. Ipsam igitur illam epistolicam apolοgiam adscripsimus cum præscriptione prorsus eadem nominum; cum eius, qui hæretico exhibuit; tum ipsius, cui respondimus: nisi quod initiales literas nominū tantummodo adscripserimus; partim ne hunc lacescere videremur cuiquam voluisse; partim quod mea scripta talia sint, vt eruditum, & pium illum amicum nostrum putem non laborare de celebratio ne sui nominis nostra, vel nominatione, vel prædicatione. Videbit interim catholicus lector ex apologiæ qualiscunq; parte extrema; me vel iam tum, nunc explanatum argumentum præmeditatum ha-

C c iij buisse

ORIG. MONAST.

lentium, & nimia hæc responsionis dilatio; & catholicam pacem, ac constantiam magis decere taciturnitate perpetua dissimulare, quicquid aduersus orthodoxiam ab ullo mortalium adferatur; huius que laudis opinionem iam fortassis tua sim meritus suspicione: attamen ubi Diligare reuocato, & à disciplinæ illius, & assiduæ distentionis laudatissimis impedimentis vacuo plus suppetere videtur otij; libuit antiquum tuum scriptum modis omnibus prædamnatum (Deo vt spero propitio, atq; hoc facto inoffenso) postremò in manus sumere; non quod tā diligenter instituto, atq; in fide catholica illic corroborato ullus supersit dubitationis scrupulus, qui me ne ante quidem vnquam miseratione Christi ceperit; sed vt re ipsa experirer quid philosophia errorum, atque hæreseon mors mihi cōtulisset; quidq; cum sacris cōcionibus, ac cate-

MATTH. GALEN.

197

catechesibus; tum frequentatione theologicarum disputationum, & theologorum nostrorum familiari, priuatoq; con gressu; & non nulla denique mea scriptorum catholicorum lectione, atq; ætate profecissem. Periclitatio autem illa adeò malè non successit: quin plurima, quæ ante non satis intellecta, fidei solius præiudicio abominatus essem; multis no minibus damnanda, reprehendendaque comperirem. Nam non solum animad uertebam multa detorta, depravataque quasi magni momenti abs te vrgeri, iactarique argumenta: verum etiam (quod candidè abs te interpretari, vt dicitur, velim) orationem tuam veluti hominis aliud agentis, & hinc inde corrogatum, & ideo etiam malè coâgmentandum affluentis pannum nusquam cohærere; &, quod caput est; non minus tecum, accum tuis, quam cum orthodoxo-

Dd xa

xa ecclesia te ipsum pugnare. Quocirca
primum mihi, ac misis (quod dicitur) li-
buit conscribere reprehensionem; vt
hac ratione magis, magisque inflamma-
rem animum orthodoxum ad persequé-
dum quidem sacramentum factum à me,
hoc est, monasticum; detestandum au-
tem acrius, ac constantius, quæcunque
illius hostes hac tempestate, aut vñquam
aliás obgannierunt. Vt enim cæteræ res,
atque instituta præclara semper oppu-
gnata grauissimè cernuntur: ita & mo-
nastice plurimos semper calumniato-
res experta est; sed non pauciores, imò
plures cultores, atque adsertores hacte-
nus reperit. Verum cum fœtus ille in-
pfo quasi partu, & etiam ab eo recens (vt
fit, & fortassis impostrice philautia) no-
bis ab blandiretur, & (quod apud poë-
tam est) veluti risu parentem cognosce-
ret

ret: placuit etiam tibi legendum offerre;
& mox (vt ominor) discerpendum, ac iu-
gulandum. Hoc autem factum licet cum
impietatis periculo existat coniunctum,
quæ parentum in prolem suam est dun-
taxat: tamen vt cognoscas quid nobis sit
animi; quos animi huius habeamus au-
ctores post Deum, & hortatores; mit-
titur ad te nostra infantia, & recens com-
mentatio. Non enim tam sum arrogans;
vt in Paulina desperatione de proprio
condemnatis iudicio: ausim apud te quic
quam me istis ineptijs effecturum con-
fidere. Cæterum cum distinctè, & ne-
scio quo ordine velis tibi à me in pero-
ratione scripti tui responderi; & non du-
bites persuasionē fidemq; mihi tuis rati-
unculis factam tibi polliceri: ego Ari-
stotelis methodum secutus, in quo, quam
Cicerone, aut Quintiliano plus operæ à

Dd ij me

me intelligendo hactenus positum est; breuiter ad obiectiones, & cauillationes tuas respondebo priore loco; deinde non nihil pro causa nostra sum adiecturus: hac autem in re (orthodoxiae in qua adassertione) si succinctior videbor, quam illius veritati, æquitatiq; conueniat; partim ne actum agam tot olim, & nostra memoria quoq; pro hac catholicæ fidei parte editis libris fieri putabis; partim ruditati sacramentorum theologicorum meæ adscribes; in refellendo copiosiorem faciet dialectica socia, & copia eorum, quæ improbanda scriptum tuum continet, & nobis prolixè ingerit. Verum iam Christo omnis veritatis auctore, atq; adsertore; freti auspice, & SS. ducerem ipsam aggrediamur.

Itaq; principio tenenda est, inquis, castitas: at non votis, non iure iurando; sed sacrarum literarū vſu, meditationibus, pījs pre-

precibus, atq; legitimo cōiugij vſu. Nus-
quā. n. sacrē literæ docēt morbos animi,
vel voto; vel iuramento solui posse &c.
Hic de vi sacræ lectionis, precum, meditationum, & cæterorū instituto nostro
consentaneorum nō est reliqua questio,
vt video; castitatem suam esse matrimo-
nio, nemo catholicus inficietur: at in
vſu illam positam esse, eoq; conseruari;
qui diceret, audiui præter te neminem.
Nisi fortè legitimum interpretaturus sis
coniugij vſum, non qui inter coniuges
existat modò; sed qui proliſfolius ſpe ſu-
ſtineatur, idq; ſummo cum pudore, ac
temperantia. Hic autem tantum abeft,
vt animi morbos curet: tanto amplius
auget, quanto difficultius est in mediis nō
aduri flammis; quam si procul inde quis
verſetur; quantoq; expertū. Venerem,
quam inexpertū Mm. Nn. iudicio gra-
uius est continere. Vnde præclare vſu

D d. iii. edo-

ORIG. MONAST.

*Lib. de vel. in-
dia virginib.* edoctus Sept. Tertullianus virginita-
tem gratiæ; continentiam adfirmat vir-
tutis esse, ac laboris. Sed fortassis omnis
coniugum congressus quantumcunque
frequens, quemcunque fiat ad finem;
sanctus tibi erit; nullique obnoxius li-
bidini. De quo vos videritis; nos Mm.

*August. de bo-
no coniug.* Nn. malumus & h̄ic sequi placita; ipsaſ-
cap. 6. ex. 7. que adeò scripturas; sed de his modō
Lomb. lib. 4. nihil prætereā. Nos ergo castitatem ma-
Sen. dist. 31. trimonialem consistere in abstinentia
§. F. ex. distin. existimamus usus etiam forsitan per-
32. §. a. Greg. missi: & tanto veriorem, ac maiorem,
*Vir. cum pro-
pria. lib. Sent.* quanto ad cœlibem, cōtinentemq; vitā
4. dist. 31. §. accedat proprius; eaq; æmulatione per-
H. I. fici, ac corroborari. Neque ab his dis-
sensit Paphnutius, ac vobis est suffraga-
tus (vt putatis nonnulli) tametsi tripar-
titæ historiæ verba ita sonare videan-
tur, quæ citas alibi: cum Nicephorus
sententiam eandem referens lib. octauo

E.H.

MATTH. GALEN.

200

E.H. capite decimonono adferat eum in
hæc verbalocutum: matrimonium ve-
neratione dignum esse, neque castitate,
& pudicitia sua carere. Verum neq; hoc
meæ est speculationis; neq; nostræ dispu-
tationis videtur proprium. Illud verò
quod propositi nostri erat quam in eptè,
ac pueriliter tractas: Sacræ literæ nuf-
quam docent, &c. Primum enim meus,,
Aristoteles, & veteres, solidi q; dialeætici
omnes ratiocinatioes huiusmodi ductas
ab auctoritate, ac negantes: ubiq; gentiū
è scholis, & congressib. eruditoru explo-
serunt. Sed tu fortassis aliam didicisti dia-
lecticam, & quia Vvillichius nescio quis,
aut similis notæ alter quispiā patrocinij,
ac refugij præstruēdi sibi causa, fauēte ali-
cubi materię qualitate id præscriperit: de-
bebit neutrī, ac nullis præoccupatisaffe-
ctionib. multo q; subtiliorib. creare præiu-
diciū. Deinde vt fingamus, quo de tñ post
dili-

diligentius sumus acturi, nusquam in scriptis haberi oraculis, quod negas: num tam consequens id circò tibi videbitur; recipiendum illud nequaquam esse. Ridet nostri vestram istam dialecticā subindè paulò immoderatius: ac quærunt vbi scriptum sit T. aliquem H.P. viuere, agere superintendentē, scribere, & quæcunq; eiusdem generis à vobis fiunt exercere euangelicæ professionis officia. At quidē quæram illud modò ex quolibet istiusmodi argutatore: quæ scriptura mandet; aut permittat, aut factū esse, fieri q; debere innuat, quod plerique; cés desertores orthodoxiæ nobiscum mor- dicus retinendum sibi putarunt; infantes baptisnate esse lustrados. Certè illi iidē fatentur nusquam id editum esse scripto; & velint, nolint, compelluntur ad traditionem recurrere. Ad hæc catholicum tingendi ritum ferè vniuersi retinetis

(de

(deformæ, & adspersionis trinæ usurpatione potissimum loquor) at quis locus iubet; vt verba illa pronuntientur interea; dum sacramentum illud péragatur; vt aqua vlla adspergatur necessariò, maximè dum verba sacratissima exprimantur; percupiam ex te cognoscere? Atq; hoc mihi semel aduersus vniuersam hæc dialecticam tuam esto præstructum. Illud vnum ad hunc locum pertinet insuper: Caluinum haud scio an tuum, in Lib. 4. cap. 13. §. 5. institutionum christianarum capite de votis hoc potissimum nomine commendare vota; quod animos inconstantes, ac fragiles à relapsione retrahant, atq; vnicè ægritudines mentibus nostris deducant. Id quod & tu mihi videris tui post oblitus concedere, atque admittere: dum licita, sancta, adeoque præcepta partim vis, partim vetas nuncupatis confirmari votis. Verum vt vi-

E e deo

ORIG. MONAST.

deo longior Iliade mihi enascetur li-
s. Tertul. 4. aduersus Mar ber; si isto (quod ille ait) gradu per-
 gam occurtere singulis: quarè breuiter
 " ad cætera. Quod Deum præscripsisse
 " vis remedium incontinentibus coniu-
 " gium: de liberis adhuc, nulliq; obstrictis
 voto; & remedia alia eiusdem detre-
Apostolicis ha- refi. 61. stantibus cum diuo Epiphanio tibi ad-
 sentior. At quid illud in monastica hac
 disceptatione? Non autem bonum ef-
Gen. 2. d. se, hominem solum degere: referen-
 dum cum beato Damasceno ad præsci-
 entiam, prouidentiamque lapsus censemus,
 à quo si discrepes; licet caput 25.
 oppugnes lib. 4. de orthodoxa fide de
 virginitate inscriptum, & ex Nazan-
 zenii carmine eadem de re congestum.
 Porro minus incommodare inuocatio-
 ni, & vitæ animæ scortationes, & id ge-
 nus nefarias actiones, quas libidinosæ
 cogitationes semper antecedant necel-
 se

MATTH. GALEN. 29

se est; quam solas cogitationes ab operis
 patratione abhorrentes: videtur mereri
 angulum aliquæ genealogiæ F. Staphy-
 li sua absurditate. Stigelius autem tuus ve-
 nereè, non Christianè lusit: si Deum à
 solis coniugibus quasi castis tantum cen-
 fuerit velle coli, aut vocari. Si quippe cō
 iugalis qualiscunque castitas grata est
 Deo: quid de virginali dicendum: Pau-
 lo ferente sententiam; virgines corpore,
 & mente sanctas esse? Cæterum falleris
 si (vt scribis) putas me solas, quas vos di-
 citatis scripturas; opinari auctorita-
 tem, ac rationis pondus obtainere. Du-
 dum quippe planum à me factum est: ne
 cessariam esse traditionem scripturæ ex
 pertem in fidei nostræ adassertione, eam-
 que (traditionem inquam) cum Areo-
 pagita credimus esse alteram scripturæ *Libr. Eccl. Hierarchie cap. 1.*
 partem, & paulo affinè magis fontis sui

E e ij sim-

ORIG. MONAST.

simplicitati, & à materia vacuitati. Testimonia autem, quæ citas scripturæ partim aliud longè agunt, quam ut ostendant nihil recipiendum, quod elementis non sit expressum; partim utilem esse, scripturam docentibus, non ad omnia sufficere, neque solam congrue-
 a. Pet. 1. d. re indicant. Illud Petri seruit atque indulget id incredulitati Iudæorum: Chri-
 Iren. 5. F. sti dictum, tantum se verum Messiam demonstrari in lege, ac prophetis adfir- mat; idque iis dicitur, qui iactabant eam scripturam; & credere miraculis, aliisq; rationibus detrectabant. Quid verò i- stud ad causam nunc suscep tam? Num enim si articulus de Christo veteri te- stamento non pertinacibus queat demon strari: idcirkò erit consequens eodē illo, vel etiam nouo testamento ita cun- etam orthodoxiam explanatā; ut nihil reci-

M A T T H. G A L E N. 203

recipiendum sit, quod ibi expressissimè non legatur. Enim uero, quod mox sub- iecisti: vos in omnibus vestræ persuasio- nis capitibus habere veteris, ac syncerio ris Ecclesiæ consensum; & tibi non per- difficile fore demonstrare per singula: nescio quid scrupuli mentis ipsis dictioni bus prodat. Dum quippe non perdiffici- lè fore ait tibi homini versato in adseren dis suis placitis: videris agnoscere diffi- cultatem, quam equidem tantam esse fat- scio; ut non ego tantum; sed catholici o- mnes simus in vestrām discessuri factio- nem, tunc tamen ecclesiam catholicam: si hoc hiatu quicquam dignum præstare valeres. Hoc enim est, quod iam inde ab ortu Lutheri; orthodoxya desertoribus contendimus: vt patrum sanctorum cō- mentarijs, ac perpetuæ traditioni opinio- nes suas censendas submittant. Hoc eti- am nūc Staphylus noster latine, ac ger- E e iij manicè

manicè poscit, ac flagitat: hoc haec tenus negatū fuit; ac simul, atq; impetrabitur; finis aderit contentionum. Hoc metuentibus huc usque patres facit homines, & mendaces homines: vos autem puros putos spiritus, Angelis ipsis scilicet minus fallaces. Atq; utinam pro tota farragine tua obiectionū, captionumq; tuarū, & (quod iactas) istiusmodi verbo Dei tuo: quiuisses vel vnum orthodoxum scriptorem veterem proferre, qui castitatis, virginitatis, aut paupertatis, aut deniq; obedientiæ votum videretur tecum reprehendisse. Quid enim antiquissimi senserint postremò intelliges ex uno, atq; altero. Nam plures allegare operæ pretium non est: cum quod passim libri in manib. sint ex professo de hac re ab illis scripti; tum quod ne vos quidem latere ista, quicquid simuletis, arbitrer. Laudas deinde Gregorium Theologum, laudas Nonnā matrem

matrē: recte, sed, obsecro te, quid ille carmine de virginitate super hac quæstione senserit; quid discipulus suus Hieronymus cum ferè in omnibus epistolis; tum libris aduersus Iouinianum patriarcham vel trum, qui coniugium præfertis votæ castitati; nedum cum illo æquetis ei, cognoscas. Cætera autem quæ de votorum cōmemoras varietate nihil attinet scho- lasticè examinare: illa duo, quæ istam tu am concludunt orationem; nempe impi um esse persuadere sibi votis vel satisfieri Deo pro peccatis, vel Deo seruiri, seu cul tū exhiberi: necesse est accuratius expēdamus. Primū igitur demiror tuū istud confundendi, ambiguitateq; obscurandi studium; clara, ac distincta, ac proinde distinguenda, cum in primis omnem disputationem eruditam oporteat cunctam explodere ancipitē, dubiaq; vocū significationem; ne aientia, & negantia vera

ORIG. MONAST.

vera esse eadem de re videantur; & veritas non elucescat; sed tenebris inuoluta maioribus. Ergo cum Mm. Nn. scripturarū imitamur phrasin; dū vel votis, vel operibus alijs laboriosis, & grauibus Deo contendimus à nobis satis fieri: quā te ignorare non decebat, qui non veris adfirmare è patrum monumentis opiniones vestras te posse adserere supra scripturarum auctoritatem; nedum cognitam dissimulare: & intelligimus poenitentiæ dignis operibus fieri; vt participatione crucis, vnde omnis expiatio pendet, ac promanat; nō simus indigni, maximeq; idonei existamus; non quod absque fidei concursu, absq; meritorū Christi efficacia opera illa per se à quolibet effecta putemus quicquā ad iustificationis communionem valere; quod Pelagianæ est arrogantiæ. Hac igitur sententia loquimur ex formula diuinorum oraculorum;

MATTH. GALEN.

205

rum; dicimus peccata nostra redimi eleē *Dan. cap. 4.* mosynis; dicimus lapsis poenitentiam a-gendam, & priora facienda opera; alio- *Apocal. 2. b.*
3. d. quin candelabrum à Deo aduēturo mo-tum iri: dicimus cum B. Cypriano ve- *Li. 3. epist. 14.* ram agentes poenitentiam Deo patri ad misericordiam, precibus, & operib. suis satisfacere; & cum huius præceptore Ter *Libr. de pœni-tentia.* tulliano exomologesin dispositionem dicimus satisfactionis, videmus reliquos patres hac parte suffragari, græcos Epi-phanium in Nouato, Theodoretum in diuinis decretis cap. de poeniten. Ambros. cum mille locis alijs; tū libri de pœnitentia 2. cap. 5. & 6. Hæc cum ita sint; *Syn. 6. Vni-versi can. 43.* & monastice semper exomologeseos *Hierony. epist.* habita fuerit species; monasteria poenitentia *ad Sabinianū Diaconum.* officinæ: quid ni & his Deo satis fieri sententia dudū exposita dicamus? Si Cy-prianū, & reliquos impietatis ausitis dā-nare: gaudebimus à vobis cum ijsdē con-

Ff tume-

tumeliam veritatis, hoc est, Christi nomine sustinere: quod si refugiatis eā improbitatē; quicquid pro illis cōminiscemini, nobis seruiet à calumnijs vindicādis. Iam quod cultū nolis haberi, diciūe vota monastica: quām indoctē, & à scripturarū saliuia dissōnē adseueratur. Quā quam (vt quod res est dicā) non satis adse quar, quid istic cultus accipiatis vocabū lo. Si id, quo Deo seruiamus, ac placere studeamus intelligatis cultū (vt opinor) quando quidem vna animi informatio ne omnem metiamini iustificationem, ac iustitiam: audi scripturas nos loqui illis ^{Lxx.2.} ta docentes. B. Euangelista Lucas dicit prophetidem Annam precibus, & ieunijs nocte, ac die in templo seruiuisse, id est, *λατρεύει*, seu latriam Deo suam exhibuisse. O impia Annā, vestra dunata xat hæresi; re aut̄ vera, ac fide nostra certissimum spiritus sancti templum: quæ illis

illis virtutibus potius, quām inani vestra phantasia ac recordatione seruiendum sibi assiduè Deo putauerit. Beatus Augustinus omne bonum opus, ad eum relatū finem, quo beati esse possumus de <sup>Lib. 10. deci-
nitate Deica-
pice 6.</sup> finit sacrificium; subscribunt omnes piorum scholæ, & Ecclesiæ; Paulus vult ^{Rom. 12. 4.} nos corpora Deo sistere hostiam, viuentem, sanctam, Deo placentem, rationalem seruitutem, seu *λατρείαν*; idque virtute, ac religione nostra fidelium iam perfici Mm. Nn. docent commentarij; Petrus, ac Ioannes nos sacerdotes nuncupant ratione oblationis cum aliarum actionum; tum precum; denique beneficentia, & communicatione tanquam sacrificijs promereri à nobis contendit Deū Paulus; & impiū (si Christo ^{Hebr. 13.} placet) isti noui scripturarū tractatores clamitabūt; Deū si coli votis monasticis operib. saltē bonis, & præcipue ad finē,

Ff ij quo

<sup>1. Petr. 2. b.
Apec. 5. E.</sup>

quo beati esse queamus relatis pronuntiemus. Quis sacrificium neget esse cultum? Quis nescit cultus speciem præcipuam esse rem diuinam, seu sacrificiū? sacrificium autem cum sit omne bonū opus; & non dicatur tantum: num cultum esse Dei, aut facere ad colendum Deum inficiabimur? Quid multis? Sept. Tertullianus, quem libenter tanquam vetustissimum theologum citamus; libro de carne Christi; vide, quām isti nouitiae sapientiae refragetur. Nam & sacrificia (inquit) Deo grata, conflictationes dico (ait) animæ, iejunia, & seras, & aridas escas, & adpendices huius officij sordes, caro de proprio suo incommodo instaurat. Virginitas quoque, & vi-
*Modestia
in occulto*
matrimonij, duitas, & modesta in occulto matrimonio; non illius iactatus, dissimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur. Enie ieu-
no carnis
Deo adole- nia, ciborum delectus, illuyries, & similitur.
lia

lia sunt Tertulliano auctore sacrificia Deo grata; nedum virginitas, & vera viduitas: & consilia euangelica, votaq; monastica nefas fuerit vocare cultum. Porrò quod vota fingas à Catholiciis æquari baptismi efficaciæ, & studio exagerādi falsa multa comminiscaris: non meretur responsum. Si qui nanque id dicāt calore commendationis (vt fit) non decernit nobis fidei regulam; nos quem ad modum mereri remissionem peccatorum credamus vota, Deumque colere; modo exposuimus. Hieronymi dictum à te præteritum suo pondere invictum: non eget nostro patrocinio. Quod tamen ipse met adfirmas, ac probas in fine; dum propter regnum Dei castros laudare cogeris: vt multos (inquis) filios Christo gignant, quos vide licet vos mariti nequeatis, nisi fortè paucissimos. Te aut̄ inferioris esse gradus, et,

Ff iij .cun-

ORIG. MONAST.

„cunctos maritos vtriusq; sexus; nedū incestos istos, & periuros concubinarios dummodò collatio in solo status cardine veretur; & non committamus fatuā aliquam virginem, aut viduam cū fideli quopiam Abrahamo: damnatio probat furoris Iouiniani; quem si tu quoq; tuearis; remitto lite in disertissimo; doctissi-
 „moq; Hieronymo. Angelicā aut̄ vitam
 Lxx. 20. „recte dici sanctā virginitatē docet Christus; dum angelos neque ducere, neque nubere adfirmat: & fōeliciter resurrectu-
 ros hac ratione iis æquiparat; cætera ca-
 put Ioannis Damasceni suprà citatum
 „facilē tuebitur. Atqui quæ hoc loco à
 „causæ statu digrediens de legis mandati
 „cœlibatus quiritaris; cum ineptum, at-
 que alienum sit à nostro instituto, mis-
 sum facio: ne si & hic te subsequar; ~~πατεσθει~~, & importunarum digressionū à
 proposito culpā præstare debere cuiquā
 videar

MATTH. GALEN.

208

videar. Deinde quæ tāto philosopharis spiritu, & raperis iterū extra præstitutā orbitā de merito salutiferę crucis: q̄s ne- scit, aut negat. Quē ad modū aut̄ cœliba- tū nostrū, & monasticen satisfacere, ex- piareq; nos credamus: dudum est expo- situm; nimirū quo modo vos phantasiā vestram id efficere opinamini, quā cer- tā vocas fiduciā, & firmę fidei apprehe- sionē. Vt enim persuasum videri vultis esse vobis Christi sanguinē illa via, ac ra- tione vobis communicari, & vos idone os inanitate illa effici: ita verissimē (in- quam) credimus fidelium actiones san- ctas, vota, continētiā, preces, iejunia, & cætera quasi viam sternere influxuro in animas nostras, quo sanctificemur, at que abluamur sanguini Christi; nō quod ille egeat stratura (ceu infantū docet ba- ptismus) sed quod in adultis sibi ita visū sit; vt lo. bap. docet prouīcia, & suū illud Matt. 3. et 4.
 pœni-

pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Quapropter nō erat cur tibi consentaneas opinionibus tuis subiectiones fingeres, quasi meas respōsiones. Siquidem & antè satis expositū est à nobis, quo pacto, ac intentione vota à nobis fiant, & sperentur colere Deum, satisfacere pro peccatis, & iustifica-

„ re. At verò q̄ de votis emissis ab iis, qui
*Vide su-
pr̄ ca. 15. „ necdum sint rerum satis periti, ac cauti
de his plus
ra. „ adfers: nihil attinet quoq; ad hūc locū.
 Siquidem à maioribus nostris cautū est; ne ante legitimos annos quicquam fiat à parentibus: sed & consultum est liberis contra duros, irreligiososq; parentes; nempe vt liceret iis minores duodecim annorum ētate, anni, ac die ienius spatio abducere à proposito; post non liceret; si feruor innocentis ætatis heroicum aliquid spiritus impulsu moliretur. Quid est igitur cur odioſē nobis Iudaicorum votorum*

votorum solutionem obiectes: quasi sa-cri canones iis quoq; rebus non prospe-xissent? Quanquam de abusibus, quos configis non simus pugnaturi: si de vo-torum ipsorum ritè nūcupatorum, præ-statorumq; laude inter nos conueniat. Porrò quod primos monastices profes-, sores nullis obstrictos aias vixisse reli-, gionibus: insignem arguit tuam incon-, siderantiam: qui ista temerè ex Erasmi friuolis coniecturis, & libentibus suspi-cionibus; aut alterius illius riuali æquè supina affeueratione audes depromere, & instar oraculorum prodere; vel mali-tiam, & fallendi, imponendiq; incautis studiū; si veritatem ex antiquitate syn-cerè cognoueris. Sed de illo videbimus postremo loco cōmodius; monasticen (inquam) nunquam suis caruisse sacra-mentis iam inde ab apostolorum ætate, & approbatione. Cæterum in secunda

Gg an-

antipophora, & obiectionis dilutione penè miseret metui; qui veritus sis dele-
re, cui proposito satisfacere te nulla ra-
tione posse videres. Sed non vidisti for-
taassis; itaq; faciam tribus verbis vt senti-
” scas. Paulò prius ea vota probabas cum
” primis, quæ voluntati Dei existerent
” consentanea adeò; vt Nazanzeni con-
” secratōrem, ac virginitatem à parenti-
” bus ante natuitatem votam nō dubita-
res commendare; & quidē canone or-
thodoxo rectè. Hic autē tui oblitus: etiā
laudatissima illa vota argumentaris esse
stulta, ac fugienda. Siiussa (inquis) sunt;
cur voues? vouetne filius sese parentis
iussa executurum? Ergò futile tuo
Gen. 28. iudicio votum Iacob, qui stipulatus vi-
ctum, & amictum, & custodiam per
iter vouebat dominum futurum De-
um suum. Ridiculum Theologi abs te
etiam commendati, qui in Parthenio
peri-

periclitans pelago baptismi à se suscipien-
difecit votum, & se, cunctosque, qui se-
cum erant, vectores discrimine eripuit;
damnabilius tuo iudicio illud eiusdem,
quod Ioannes Langus ita conuertit à
græco.

*Per uerbum iuro, per numen scilicet ingens,
Principij æterni, principiumq; patris,
Archetypi effigies, & par natura parenti,
Ad nos, qui regno uenit ab æthereo:
Iuro iterum, atque iterum, fidei pugnantia ueræ
Non errabundum dogmata praua sequi:
Nec me mente alia mentem mutare supremam;
Nec uerbo uerbum deteriore Det.*

Quid opus est verbis: omnia penè du-
dum abs te probata, & sacris expressa hi-
storijs tuo hoc mirifico explodentur di-
lēmate. Næ hoc bellè est penteuangeliū
demonstrare scriptis oraculis. Sin iussa,,
non sunt (ait altera dilemmatis præcla-,,
ri pars) cur proprium Dei cultum exco-,,
gitas, quo (contra eius reuelationem) te,,

Gg ij coram

„corā ipso credis gratū fore, & acceptū? Hic primum nobiscum videris agnoscere, quod principiō reprehendebas legitima vota Dei esse cultum; nisi forsitan, vt vota vniuersa, ita & cultum omnem velis inconstans explosum: deinde vt votis placere nos Deo confidamus satis, superq; inculcatum est ante. Hinc nunquid omnia tu ita præcepta vis, aut prohibita; vt nihil mediū putas, quod Deo plerisq; mādatis sit gratius? Deniq; quæ est ista reuelatio, quæ vetet quicquā in*Deuteron. 4. 12. D. Apocal. vlt.* iussum voueri? Nam reuelatio, seu prohibitio, quam tu obiectas; longè aliud sibi vult, atque ait: quām vos præ vobis fertis. Non .n. si assui caueatur quicq; legi Dei: idcirco cōfilia euangelica, q & tu negas mādata, nō cadent sub votum. Nō tamē propterea malē Nazanzenus noster tempore baptismi sui, quod Paulino sibi licebat exemplo, voulit se iurat

turum

turum nunquam. Nisi forte & hīc Mm. *Rom. 1. a.*
Nn. reclames cum symmystis quibus- *Secund. Cori.*
dam tuis; ac putes nullum iuramentum *1. d. Aug. lib.*
esse Christianis concessum, quantum- *1. de serm. Do-*
cunque graui causa. Quod vt adfirmes *mini in monte,*
faciet tanti viri exemplum tertium ad *& ad 1. cap.*
prioris dilemmatis tui membra refuta- *ep ist. ad Galas.*
tionem. Seruier & ad id, quod sequitur „
proximè refellendum: nimirum quo vo „
tis omnibus explosis videris velle vnicā „
baptismatis *μωλογίαν, & ἀπταγὴν,* seu abrenun „
tiationem sufficere. Cur enim vouerūt „
vnquam vlli mortales alicuius certæ, ve „
ræq; religionis sibi conscijs, voluntatis di „
uinæ haud nescij. Nisi dicamus (quod et „
Caluinum facile perduellum orthodo „
xiæ principem dixi supra nobiscum sen „
tire, & quasi suum docere) & res est, san „
ctos confueisse votis loco stimulorum „
quorundam vti, in nostra ad deteriora „
pronitate, & à melioribus fuga, & in bo-

Gg iii no

no tarditate. Num duces contentos esse iubebis sacramento Christiano, nolesque exigere à quoquam præterea fidem? Num coeuangelicos tuos, adeoque collegas vetabis post hac in ludim agriculis, parochis, & id genus vestris ministris, atque administris vestrorum placitorum creandis requirere ullam religio-
 nem, autius iurandum? Post hæc castitatem quandam contendis præstandam coniugibus, eamq; in ipsa positam consuetudine, quam Augustinus passim ne-
 gat libidinis vitiosæ esse exortem, ege-
 re que sacramenti matrimonij bonorum excusatione: sed de hoc capite nos plurib. initio differuimus. Quare & proximo loco te videmus prodere futilitatem tuam, & nihil expensum, nihil exploratum adferre; sed alieno qualicunque victitare succo; & præmásum à sym mystis (cuiusmodicunq; tandem id ipsum
 reuerà

*Sic invenit de-
creta Palati-
mana de offi-
cijs ecclæasti-
cis.*

*Libr. de bon.
coniug. cap. 6.
& 7.*

*Nicenii Cō-
cilij, et Paph-
nutij de lege cō-
tinuitate cleri
germanæ sen-
tentia verifi-
ca expositio.*

reuerà existat) modò cibum abs te nobis ingeri, atq; obtrudi. Dū enim miser Epiphanius istum citas ex fide Sozomeni, pendētem; dum producistestem collaudatum Paphnutium: quo pacto tua placi ta omnia queant ex Patrum monumētis confirmari ostendis; & simul palā fitte auctores hos, aliosq; , quos eadē fide essemus allegaturus, nūquā inspexisse. Vis ne enī scire quis, qualisue tādē fuerit præclarus tuus iste cōfessor Paphnuti⁹? Vis ne audire de eo iudiciū nō deprauati illius tui, incertiq; Epiphanij; sed magni illius Antistitis Salaminij Cyprij heresiarcharum oppressoris inuictissimi. Is hēre si 68. Meletianis, docet eū odio Athanasijs, atq; Alex. Petri mart. successorū vni tatis studiosissimorū schisma suū Meletianū Ariana præterea cōtaminasse cōmunione, ne dicā cōtagiōe. Licet ergo præclarè an se gesserit; vt Melet. quoq; schismatis

*Qualisnam
Paphnutius
fuerit, quem se
patronum ha-
bere nefaria-
rum copularū
suarum iactat
Euangelici.*

Paphnutius his
quantū tribue-
rit, ac reuerā,
patrocinetur le-
gi cœlibatus
clericis.

Quid oratione eius, ac sententiæ dictio-
ne in Nicēna synodo ad retundendum
mendacium istud passim iactatum con-
tra castitatem integrum efficacius? Pri-
mum ab ipsa infantia asceticis, ac mona-
sticis

matis primus auctor, in persecutione; e-
sto erutus illi fuerit oculus; esto filius fue-
rit martyris; denique à puero præclarissi
mè ascesi, ac Anachoresi catholica hac
nostra fuerit exercitatus: attamen cum
prius schismate; deinde hæresi quoque
maculauerit priorem gloriam; viderint
euangelici laudatores; quid veri præco-
nij mereatur; orthodoxorū equidem iu-
dicio constantis confessionis elogium
nunq̄ feret. Iam vt talis sit, ac permane-
rit, qualē vos eum videri velitis, atq; vt
nam foret, & sit vobis maximē tam ini-
quis legis cœlibatus cleri censorib. quid
illius iudicio ad coercendam calumnian

MATTH. GALEN. 213

sticis nostris exercitationibus, quas vos
impios vociferamini cultus; exultus e-
rat: hinc virginitatem vsque retinuit, &
cū Episcopus foret, & monachus fuisset;
eam Deo vouerat; vt vel ex hoc ipso di-
cto suo patebit, quo vos non dubitatis to-
ties abuti. Postremò licet Suidas in Pa-
phnutio, Socrates libro primo E.H. ca-
pite II. clarius rem totam exponant: ta-
men quia Sozomenum nominas in cor-
ruptissimo tripartite historię latinę hoc
dūtaxat loco, riuiulo; idcirco libet ipsissi-
ma Sozomeni verba ex Roberti Stepha-
ni Caluiniani editione subiçere cum Io.
Langi in Niceph. interpret. vt vel sic de-
finatis cū magno vestre opinionis preiu-
dicio istū mirabilē post hac iactare Paph.
πατὴ τὸν ἀγάθον(ait) Φίλικληνος παρέδοση, τὸν μὲν ἀγά-
θον τῷ ἱερατικῷ πάγματῳ κοιωνήσαντας, μηκέτη γαμεῖν. τὸν
δὲ μετὰ γάμου, ὃμη ἔχειν γαμεῖν μὴ χωρίζειν. καὶ ταῦτα μὲν
ταφνότιος, λαύπεις ἀπειρῷ ὅμη γάμος εἰσηγήσατο. ἐπίνεσε δὲ Κλ
ησίων Θεὸς τὸν θεόλων, καὶ πολὺ τότε στῆκεν οὐρανοθυσίην. ἀλλὰ
τῇ ἑκάστῃ γνώμῃ τὸ πεῖσμα σκανάγηκε θετο.

Quæ verba vtpote simplicissima, ac planissima licet suspicer te intelligere, qui nō semel græca miscueris latinis; itaq; interpretatione nō indigere: tamē quod Nicephor. ad Socratis narrationē proprius accedat; & si forte fallerer in græca opinione tui; addā Lāgi conuersionē huius sententiæ ex lib. octauo E. H. ca. 19. Quapropter (inqt) pro eo, atq; antiquitus seruari solitum est, deinceps quoq; obtinere oportet; vt qui sacerdotalē suscep- perint dignitatē cœlibes; posteà quoq; à cōiugio abstineāt; qui verò vxore ducta in ordinē sacrū coöptati sint, vt à cōiugi- bus non separantur. Hęc Paphnutio, qui vxorē nunquā duxisset, suadente, Syno- dus cōprobauit: atq; de hac re, quā arbi- trio cuiuslibet reliqt, nihil sanxit. Vnde liquet Paphnutiū istū testari antiquā esse etiā tum Ecclesiæ traditionem, hoc est, *παραδοσιν* (vt cū alijs etiā Sozomen. habet).

Paphnutius cē
fuit in cœliba-
tu ordinatos à
muptijs vſq; ar-
cendos.

vel

vel (vt ea vox græcis quoq; significat fre- quēter) legē, & velle, decernereq; opor- tere eam vſq; obtainere, atq; obseruari; vt virgines, cōtinentes, cœlibesūe in clerū coöptati (vt hodie cūcti) nequaq; vnquā post ducere vxores permittātur; suasisse tātū; vt qui cōiuges essent admissi in cle- rū nō separarētur vi; sed arbitrio suo per- mitterētur. Quē igitur seueriorē, equio- rēq; sibi vindicē optare queat virginitas, & clerica, monasticaq; castimonia; quā hūc ipsum Paphnutiū. Oli cū passim ra- perētur, & cogerētur à plebe, atq; episc. cœlibes ad clerū: vides leges Eccles. antiqüissimās, & à Synodo, Paphnutioque probatas habuisse; vt æternū cōtinerēt: & nūc (proh recordiā) arbitro isto eodē Paphnutio ijs, qui per mille impedimen- ta ruunt ad sacros ordines, & repulsi sæ- pe ab ostio legitimo, violētis tamen ad- scensib. irrūpunt aliūde; quib. prædictitur

Hh ij esse

*Hem tibi pro-
cos, ex lenones
Euangelicos
pulcherrimè
suo ingulatos
gladio.*

esse continendū, clamant se posse, & vel
le; post solenne votum permitendum
est; fas, sanctūq; videbitur nefarias usur-
pare coāgmentationes, & bis, terq; ince-
stas commixtiones; imō portentosa ista
spurcites iudice illo eodem erit castitas,
erit cū propria vxore legitimus cōcubi-
tus. Quid dices Paphnuti; si ista audi-
res tuo adseuerari suffragio, ac titulo: qui
vociferatus in medio prædicaris concil-
lio; vbi paulo duriorem intelligeres con-
cipi deliberatione patrū legē in maritos
ante ordinationē suā hypodiaconos, di-
aconos, presbyteros, et episcopos. Sed
plus satis iā de Paphnutio. Similis aut̄ ca-
luniæ est, ac depravationis catholice sen-
tentię, quā nequeas ipsam infirmare, aut
culpare: qua te nō pudet adfirmare nos;
quē dānauimus, ac dānabim⁹ ēternū; Pe-
lagiū secutos arbitrio nostro nixos cōfi-
dere, absq; gratię adiumento posse & casti-
tatem;

tatē prēstare, & legē vniuersam implere. „
Nā ista nō secus, q̄ vos ipsoſ execramur,
veſtrasq; hærefes: & credim⁹ ſperamus-
que nos à gratia adiutos, & vota, & legē
prēstaturos; prout fragilitati noſtre hoc
tempore iniunctum eſt. Hoc docet nos
Christus: dum veluti egregius impera-
tor nos ad ſui imitationē auxilio: ac du-
ctu ſuo fretos prouocat, ac dicit: qui po-
test capere capiat. Dum Paulus conten- Matth. 19.
1. Cor. 7.
dit bonum eſſe mulierem non tangere;
dum melius ait facere, qui virginem ſuā
feruet: etiamſi nullo singulari oraculo
effet ei cōdictum peculiare donum; vir-
gini ſuā concessum præ cæteris; & il-
lam ad continentiam vnicè natam. Vt
enim alia aggredimur freti, ac pēdentes
à facilitate diuinæ opis, non Pelagianæ
inflati iactantia; ſed cum timore, ac tre-
more, ſpe interim erecti: ita & vota nū-
cupamus, & castitatem Deo promitti-

Hh iij mus,

mus, & non frustrati spe, exemploq; maiorum nostrorum animati etiam prestatamus. Neq; plus periculi vñquā est vel in præsumptione de gratiæ obuia subleuatione, & omnipotētia (omnia enim, inquit ille, possum in eo, qui me confortat) q̄ in ignaua, & mendaci ista quorundam perfidia, ac vanissima de Dei bonitate diffidentia. Graue quidē est, & molestū citandis, adscribēdisq; testimoniis char tam consumere ; ac malim locis indicatis tantū cætera persequi : veruntamen, quod metuā Mm. Nn. libros vobis esse, vosq; illos fugere, non secus, q̄ angues sapiēter se incātaturos; ideo cogor h̄c quædā ex cōfessionib. B. Augustini cū ea fierent, atq; euenirēt ipsi libidinosi adhuc, & similis vobiscum persuasionis, delibare. Libri igitur 8. ca. 6. vbi narrat *Aurea D. Augustini sententia de catholica fiducia, qua ratione nuncupantur* quid secum differueret Potitianus quidam Palatinus miles : vt nimirum ad

ad Treuiros duo ex suis cōmilitonib. lecta B. Antonij vita, & lustrata monastica casa pacticis iā sponfalibus se mox Deo dicauerint; & exemplo sponforum re cōperta etiam sponsæ virginitatem suam Deo dedicauerint non expectato cœlesti euidentiore responso ; & quanto ope re eo sermone quantumuis adhuc lutulentus commotus fuerit, erubueritq; suam de præstāda castitate, quā duplici, ac lōgo cōcubinatu inquinauisset, desperationem: tandem eiusdem lib. ca. II. sic, vt mox relaturus sum libidinem, & castitatem interferefert in mente sua contendisse; quā orationē; si legerēt cōcubinarij, incesti q; multi, aut omnes potius; spe rē prædestinationis adiuuāte gratia; non paucos irisanūt; sed nouit dominus, qui 2. Tim. 2.6. sint sui, ex quib. nemo peribit; & audiam⁹ de præstāda cōtinētia infirmissimi etiā tū August. (ne dicam Dei) sentētiam.

Cum

„ Cum (inquit) diceret mihi consuetudo
 „ mea violenta: putas ne sine istis poteris?
 „ (concubinis, earumq; v̄su, vel abusu po-
 „ tius) sed iam tepidissimè hoc dicebat. A-
 „ periebatur enim ab ea parte, qua inten-
 „ derem faciem, & quo transire trepida-
 „ bam, casta dignitas continentia, serena,
 „ & non dissolutè hilaris, honestè blandi-
 „ ens, vt venirem, neq; dubitarem, & ex-
 „ tendens ad me suscipiendum, & ample-
 „ ctendum pias manus, plenas gregibus

Puerorum,
& puella-
rum vota
Augustino
cōmedata,
& à castita-
te proposita
ad imitan-
dum.

„ bonorum exemplorum. Ibi tot pueri, &
 „ puellæ, ibi iuuētus multa, & omnis ætas,
 „ & graues viduæ, & virginis anus (in so-
 „ litudine scilicet vt Potitianus retulerat)
 „ & omnibus continentia nequaquam ste-
 „ rilis; sed fœcunda mater filiorum gau-
 „ diorum de marito te domine. Et irride-
 „ bat me irrisione exhortatoria, quasi di-
 „ ceret tu nō poteris, quod isti, & istæ? An
 „ no putet re-
 „ quirendū. „ verò isti, & istæ in semetipsis possunt, ac
 „ non

non in domino Deo suo? Dominus De- „
 us eorum me dedit eis. Quid in testas, & „
 nō stas? Proiice te in eum, noli metuere, „
 nō se subtrahet, vt cadas. Proiice te secu- „
 rus; excipiet te, & sanabit te. Eterube- „
 scebam nimis (ait adhuc cōcubinarius, „
 & impurus, atq; intinctus Augustinus) „
 quia illarum nugarum (libidinum nota- „
 rum scilicet) murmur adhuc audiebam, „
 et cunctabundus pendebā. Et rursus illa, „
 quasi diceret : obsurdesce aduersus im- „
 munda illa membra tua super terram, vt „
 mortificentur. Narrant tibi delectatio- „
 nes; sed non sicut lex Domini Dei tui. „
 Ista controuersia in corde meo, non nisi „
 de meipso aduersus meipsum. Hactenus „
 ibi lumen tandem orthodoxæ ecclesiæ, „
 & castitatis omnis exemplum Augusti- „
 nus. Habes sententiam catholicam igi- „
 tur verbis columnæ ecclesiæ, imò casti- „
 tatis ipsius expositā; habes laudatorem

Ii pue-

*Vota puerilia
ab Augustino
probata.*

puerorū, puellarūq; vouētiū, habes casti
tatis à castitate dictatā definitionē; ha-
bes fiduciam, qua duci nihil morati re-
uelationes vanas, vota concipimus, faci-
mus, perficimus: habes, quod sequaris,
cum erronibus tuis, & potissimum tua
perfidia seductis; cum his pugna, hæc
euerte, hæc iugula; si potes, ac fodes; nos
hæc è certissimis scripturis eruta, & sta-
bilita persequemur, vt tu vel Acheronta
moueas. Quàm porrò ridiculū illud tuū,
» quod his admisces infictus coquus. Filio
» Dei induiti sumus; quid necesse habemus
» nouo, ac inusitato, et superstitione vesti-
» tus genere superindui? Quid ergò, nū qā
metaphorica imitationis Christi indu-
tione vestiti sumus: idcirco nos cunctos
iubebis esse Adamianos. Num mulieres
suas vetabis habere, puellas suas, matro-
nas suas, & has omnes festiuas alias, co-
tidianas alias, & pro varietate locorum,
tem-

temporum, negotiorum alias item, atq;
alias. Dum autem nouum vestitum mo-
naisticum, ipsumq; institutum cauillaris
inficitam prodis tuam & hoc loco. Nam
monasticas vestes, & potissimum Be-
neditinas esse verè antiquissimas; ve-
stras autem recentes: docebit te Tertul-
lianus libro de Pallio, & suus scholia-
tes vester (vt vultis) B. Rhenanus; sed
& L. Bayfius (haud scio num etiam ve-
ster) libro de re vestiaria. Vt autem illi
<sup>Argum. libr.
de pallio.</sup> taceant, quis ignorat Benedictum ho-
minem Italum ante plus minus 900. an-
nos præscripsisse nobis vestimentorum
formas; & nusquā religiosius retenta esse
prisca, ac recepta, quàm in monasterijs?
Certè ne tu quidem iueris (vt opinor) in
ficias, magnam mutationem, ac degene-
rationem ab antiqua Germanorum, at-
que Italorum simplicitate vestiendi fa-
ctam esse, & vitium hoc in dies gliscere.

Li ij Co-

ORIG. MONAST.

Colorum varietas cum quibuslibet de vulgo permittatur; & cuique patrifamilias, vt decernat in sua familia: vide licet non licebit sanctissimis viris suis haud absque mysterio, & s̄epe etiam Numinis; discipulis quicquam huiusmodi pr̄escribere; continuo erit supersticio; erit cultus impius. Notum est factum Rechitarum Ieremiæ 35: qui Ionadab patris sui iussu à vino, ædificiis, ac femente abstinentes: nō tantum ad informationem nostram laudati fuerunt à Deo; & immorigeris Iudæis ad æmulationē obiecti, ac propositi; verū sempiterni quoq; sacerdotij pr̄erogatiua fuerūt cohonestati. At nunc huiusmodi res, quasi alium colamus Deum; à viuis Dei templis institutæ, ac suis pr̄ascriptæ idolatria peiores sunt; idque ne ganeones euangelici minus libenter heluentur. Vt autem breuiter expediam hunc locum

MATTH. GALEN.

219

locum sequimur in hoc impio cultu, & superstitiōe auctores apost. & nominatim B. Marcum Apostolum, & Euangeliastam teste Philone libr. de Therapeutis (de quo post plura) Alexádrino (inquā) illo Petri apostolorum coryphei familiari, interpretibus Eusebio, Epiphonio, Hieronymo, Nicephoro, & quibusdam alijs, qui docet Therapeutas Alexandrinos, seu monachos Marci discipulos v̄fos certa indumentorum figura, & colore candido, ita vt descriptio eloquentissimi scriptoris Carthusianos, ac Præmonstratenses nostros exprimere ad viuum iure videatur. Verū quod vota nostra de,, continentia pr̄estanda peccata coneris,, ostendere, quasi ex fide non sint; quod,, nequeamus ex verbo Dei conscientias,, nostras pacare, statuereq;; licitane sint,, nec ne:quā bellè cohæret cum eo, quod,, paulo mox sequitur: Christū (vt tu ver-,,

Ii iiij bo

ORIG. M O N A S T.

„ bo hoc vteris) consuluisse, non præcepis-
„ se. An enim tam vecors est quisquā, qui
nesciat licitum, esse; & quidem maximē
licitum, optimumque; quod Christus
suadeat. Nū tibi Optimus Max. perinde
videtur facere, atq; Diabolus; quē Luthe-
rus vester vult sibi persuasissime videri anti-
quationē iugis, perpetuiq; sacrificij, hoc
est, illius quidem iudicio rei abominan-
dæ; nostro autē, ac diuino sibi inuisissi-
mæ. Sed priuata fortassis requiris oracu-
la, quibus quisq; certior fiat: habeatnē do-
num, quod vos fingitis, continentia. Nā
dubium non est, quin cœlitus vobis ma-
ritis sit denunciatu vos eo carere; & cōdi-
cta fide certius nuptialis castitas; & cōse-
quitur eadem cautela adultis catechume-
nis non esse cogitandū de sacramentali
illuminatione ante, quā diuinitus pecu-
liari nūtio sit promissa specialis, atq; assi-
dua contra relapsione opitulatio. Nam

grauius

M A T T H. GALEN.

220

grauius iri damnatū olim mysterijs Chri-
stianis initiatos, quām eorum expertes:
cum alia infinita diuini verbi loca; tum
in primis disertè secundæ epistolæ D. Pe-
tri 2. cap. extr. ostendit. Verum quę nos
animet fiducia, exposuit accurate du-
dum continentia ore beatissimi, & ca-
stissimi tandem Augustini. Eodem re-
legamus obiectiones tuas de difficulta-
te, ne nimis prolixia euadat nobis respon-
sio; item de raritate doni, & quicquid
postea in eandem partem stomacha-
ris. Siquidem perquām frequenter huc
euagatus recurris. Certè tyranni alij
non sunt tibi constituendi auctores, seu
latores legis de cœlibatu, quām Aposto-
li, quos recte te nescire fateris; vel etiam
Nicæni cōuentus tēpore arbitro, ac te-
ste mirabili illo vestro Paphnutio prisca
Ecclesia. Nam apostolicā hāc esse legē
testatur etiam nunc ipsorum canon 26.

quem

ORIG. MONAST.

Hæref. 49. quem non Zonaras tantum agnoscit in
commentario; verum etiam Epiphanius in Mótano; quē etiam illustrat idem
Epiphanius titulo Ecclesiæ, & S. Sancti
Hæref. 59. Catharist, & charactere catholicæ Eccle
„ siæ . Deinde quod clero destinatorum
„ occasione legis huius comminiscaris li-
„ bidines foediores, ac crebriores; quis tibi
„ concesserit? Et ut fingamus ita à perdi-
tis, ac hæreticis occultis fieri à vobis de-
mentatis: seruētur canones, & repudien-
tur; nisi testimonium probitatis suæ attu-
lerint, candidati. Quis etiam illos cogit?
Ducant improbi vxores. Fiant Euange-
lici buccinatores, & expleant omnem
carnis libidinem; & persuadeāt sibi quic
quid libitum fuerit cōcupiscentię œstro
facere de coniuge (si fas sit dicere) mari-
talem esse castimoniam. Num tibi (que-
so) æquum videtur; si ambitiosi parētes,
aut auari inuitos impellat liberos ad nun-
cupan-

M A T T H. G A L E N.

221

cupanda castitatis vota, & nuncupent
pudore, ac metu compulsi; aut hi ipsi am-
bitione, auaritiaque, non pietate moti
se feringant: antiquissimam matris Ec-
clesiæ legem refingi, antiquari, & vi-
tijs illorum cedere, & non contra illos
potius exutis vitijs, & prauis affectibus
voluntati, decretisque optimis totius
catholicæ Ecclesiæ conari satisfacere.
Quocirca, quæ de fornicibus, & lustris „
fabularis; item quæ vel feceris, ac paſ- „
sus ipſe ſis; vel ab alijs perpetrari vide- „
ris: nihil attinet refellere. Nihil enim „
aduersantur ista legi sanctissime; sed poe „
nas commerent: & non prostituit, aut „
prostitui iubet Ecclesia; sed multa to- „
lerat in ciuili magistratu, qui & ipſe per- „
mittere verius, quam aduocare vide- „
tur. Et si vbi Euangeliū nouum pe- „
nitus receptum cuncta occupauit de- „
ffent meretrices; non audirentur eti- „

Kk am

am columnarum euangelicarum nefaria, & violenta etiam adulteria: effet color aliquis, quo negligentiae catholici accusaremur; nondum dico inuolabilis lex de cœlibatu meritò impetratur. Nam vt obstacula cuncta assiduè remota non impediunt; sed fluminum cursus incitant: ita neque permitta Venus; nedum votifraga; minime autem omnium hæretica, schismatica, & bisincesta copula minuit concupiscentiæ irritamenta; sed auget: etiam si parentes fingamus conceptorum carnifices, & maritos vxorum suarum grauidarum

Hieron. cōtra Iouin. ex Sixto Pythagorico, et Ioseph. li. 2. de B. I. ca. 1. 2. extr. de Effe- ms. (vt ille ait) assiduos adulteros. Sed nostra causa neque fornices permisæ initio sunt; neque nisi votifragorum, & aliorum nefariorum, atque à continentiæ votis abhorrentium causa etiam nunc permittuntur: vtque quām citissimè vbiique gentium tollantur; iterum atque iterum

iterum dico licere per nos. Post hæc " quæ de nominis datione garris, & ex " Paulo aduers de inani philosophia, ho- " *Coloff. 2.3.* minum constitutione, elementis mun- " di, & decretis: arguunt te æquè, ne di- " cā multo minus: in lectione solida Pau- " li versatum esse, atque in Ecclesiasti- " carum antiquitatum accurata cogniti- " one. Quis enim vno te, ac tuis fortas- " sis symmictis exceptis tam est malè in " Paulo ad maiorum nostrorum, & po- " *Coloff. 2. b.* tissimum Græcorum, & Beati Augu- " stini commentarios à Beda doctissimè " vndique congestos exigendo exerci- " tatus, qui nesciat ista disputari contra " Iudaismi professores, & vestrum patri- " archam tunc tumultuantem cum Ma- " gia, tum hæresibus: Huius inanis e- " rat philosophia, qua fideles depræda- " ri conabatur; vt Irenæus, Epiphanius, " *Hæref. i. quæ est Simonis Magi primi hæresiarchæ* & Theodoreetus optimè docent; huius

Kk ij erant

ORIG. MONAST.

erant constitutiones humanæ ; cætera sunt (vt dixi) Iudaizantium Cerinthianorum, & Merinthianorum Paulo infensissimorum capitum. Sed tu horum, vt in gratiam tuam libet in animum inducere ; nihil vñquam obseruasti ; ac proinde mirum non est ; si erres, atque errare cogas. Et audes (vt inscitia arrogans est) his efferrari, de his minari beatissimo Gregorio, maledictis appettere tam Benedictum, quam disciplinam ipsius à Pontifice illo adsertam. Nam quod furiosi instar sumas Euangeliō aduersam, & nihil probes ; vt neque potes : supplicium, non confirmationem admittat. Si autem adeò zelotypus sit tibi Christus ; vt nullum, quem imitemur paedagogum, aut præceptorrem nobis permittat : quid sibi vult ille, qui toties clamat : estote imitatores mei fratres, sicut ego sum Christi.

An

MATTH. GALEN.

223

An non hic se palam medium interiicit inter Christum, & discipulos? An non aliàs dicit fideles habere formam suam? *Phil. 3.28.*
Nonne gloriatur sese (Paulus inquam) à Tito, vt exemplar expressum? Nonne filium suum eundem, & Timotheum hac de causa nuncupat, & suam dicit habere insculptam hypotyposin? Sed & mox videbis Marcum euangelistam examina utriusque sexus hoc modo à Christo (si fas sit fingere in irrisione hæreseos) abducta sibi vendicasse; ita Martinum Turonensem, Ambrosium Mediolanensem, Basiliū Cæsariensem, Villibordum Traiectensem, Augustinum Hipponensem, & innumerabiles alios utriusque generis antistites factitasse, hoc est, greges monachorum disciplina sua congregatos moderasse, atque instituisse, & ecclesiæ usui cum in precando, tum plebem subiectam do-

*Generus Sul-
picius in vita
Martini.
Aug. lib. 8.
confess. ss. 6.*

Kk iij cendo

cendo aliuisse. Et his ita constitutis no-
ui, recentesque nouatores omnium i-
storum ignari, velut in alio versati
mundo : cum pueri sint ignoratione
catholicæ vetustatis, quæ non intelli-
gunt blasphemant; & fidissimum Chri-
sti seruum Benedictum vociferantur
Christo interuertere, quos ipsi perdant,
& perditos optent; audent vel mutire
hæc vota, & studia sanctissimorum pa-
trum obscurare baptismi sacramentum,
& in Christum fidem, & perinde, atque
hac rebellè perorata canere intolerabi-
lem triumphum. Hinc aggrederis ca-
put aliud, & minio non contentus mar-
ginem insigniuisse etiam impia in con-
textu dicta hæc subductis notantur li-
neis itidem miniaceis : ac castitatem
quidem concedis semper laudatam, at-
que honoratam fuisse; sed pro tempo-
re, sed in paucis, atque in ijs solum, qui
per-

perspicuo, ac singulari Dei munere ad „
coelibatum idonei fuerint, in quibus nu- „
meras euangelistam Ioannem, & ad-
dis: ut præterea alios, quibus hoc gra-
tiæ datum est; ut vacent à coniugij mu-
nere, quo magis vacet copiosiorem
Christo prolem gignere, quos Chri-
stus ipse beatos pronuntiauit, cum illi
ob regnum Dei se se castrarent. Quod-
nam istud gratiæ tam perspicuum nar-
ras munus? oraculumque singulare, ac
disertum? Quid dicturus es Venera-
bili Bedæ, & Simeoni Metaphraſtæ
tradentibus Ioannem vxorem duxi-
ſe in Cana, & Christum è medijs e-
um ad se reuocauisse nuptijs adhuc vir-
ginem? Quando tandem hoc perspi-
cuum, & hactenus inauditum signum
editum? Vocatio illa Christi (inqui-
es fortassis) at apparatus nuptialis non
né testatur carnem, & sanguinem? Vxor
iam

*Matth. 19.
1. Corinth. 7.*

*In vita Ioan.
Euangelistæ,
& Homil. de
Ioan.*

ORIG. MONAST.

iam ducta, & spiritu, conspectuque iam cognita (vt ille ait) nonne nihil singulare coarguunt in Ioannis natura rese disse; sed idem, quod cæteri experimur, expertum, & fretum gratia carnem rebellem edomuisse? Ad hæc si castrauit se (vt Epiphanius Valesiis hæresi 58. sentit, & idem de fratre eius Iacobo Hellia, Paulo, & denique innumerabilibus monachis per totam ecclesiam catholicam pronuntiat) masculum quippiam, ac molestum castrauerit necesse est. Ef- fœminatum quippe quid est; cur ca- stres? Castratus est autem à Christi vocatione: ergo etiam tum aliquid legi Dei, ac castitati infestum reperiebatur in Ioanne. At verò quos Christus illo nunc pacto vocat: Num aliter hoc mu- nere donat modò, quàm per voluntatis adspirationem, piorum monita, exem- pla, exhortationes? Quare etiam si raro non

MATTH. GALEN.

225

non omnino morigera sentiatur spiri- tui (quod Pelagianorum fuerit expe- ctare futurum in hac nostra fragilitate; & Messalianorum) vbi heroicus ani- mus suppetat, vbi contemptus volunta- tum, vbi fraudandi genium (quod dici- tur) propositum, vbi denique mens an- gustam calcandi viam, & portam in- trandi strictam, atque arduam: sat eui- dens, atque efficax; cuique videri debet suppetere fauentis castitatis indicium. Sed illud lepidum; castitatem rem, ac „ virtutem, quam ne tu quidem audeas „ negare laudabilem, ad tempus laudabi- „ lem esse, & in aliquibus modò, & pro- „ pter finem utilem duntaxat. Quasi vi- „ delicet virtutes tempore marcescant, ac „ corrumpantur; vt corpora, & fugaces „ fructus. Sed ô demens, si continere „ vno die laudabile sit: hebdomada, men- se, anno, seculo vitiosum erit. Num ti-

Ll bi

bi vni tēporis accessio : etiam probri, ac
vitiositatis existit accessio? At (inquiet
fortè) castitas quidem cum temporis
accessione, & laudis promeretur incre-
mentum : at non ita votum. Scilicet si
veteres Naziræi totam vitam abstine-
Num. 6.
Epiph. Nazor.
hæres. 29. et
Antidicomar.
78. hær.
Epiph. hæres.
16. Pharis.
re voluissent, proposuissentque, ac fecis-
sent; laude sua fuissent omni continuo
spoliati. Si Pharisæi, quorum nonnulli
decennium continere ex yoto, & pro-
fessione solebant ; id usque fecissent le-
Deut. 25.
Gen. 38.
ge de semine propagando nihil (vt ita
fingamus) decernente : illud scilicet
laudatum foret; hoc vituperatum. De-
inde quæ sunt istæ personæ, quibus libe-
rat, quibus animus sit, quibus labor ca-
strationis non displiceat; sed propter re-
gnum Dei cuncta leuia videātur : &
continere te iudice non liceat? Sed re-
curses iterum ad singulares, & Suen-
feldianas prophetias, ac priuata oracu-
la:

la: alioquin quas non flamas sustinue-
runt viri castissimi? Franciscus ille vobis
quidem inuisissimus; nobis venerandus,
& sanctissimus; vix incendium carnis
valuit hyeme, ac niuis frigore restinguue-
re: noster Benedictus à Gregorio Ma-
gno refertur idem horribilibus in spine-
to volutationibus consecutus . De bea-
tissimo, castissimoque Hieronymo quid
dicam? Cutis vix hærebat; & adhuc re-
bellis caro vnde flamas suas foueret,
habebat. Augustino ad baptismum us-
que nihil impurius, aut libidinosius (vt
dudum auditum est) & cætera cum
posse sibi videretur; hoc unum (conti-
nere inquam) adeò desperabat; vt salutis
ei maximum crearet periculum: quid ta-
men eodē illo postremo castius? Ergo
rectè maiores nostri; qui potest capere,
id est, qui vult, qui conatur, precibus,

Hier. epist. li.
2. Canis. epi-
stola 16. ad
Rufic. mon.

Lij ieu-

ieiuniis, & id genus virtutibus à Dèo opem implorat; interpretati sunt. Sed hæc omnia dudum sunt fusius discussa. Postremò vt & ad illud commentum respōdeatur; quo vis castitatem laudem suam ob utilem duntaxat finem mereri: quid omni mētis sanitati, ac philosophie magis contrarium? quid virtus? quid bonum honestum? quid castitas; si virtus non sit? nonne honestum id omnes esse sciunt; quod omni dempta utilitate sit per se expetendum, ac laudandum? Deinde quibus opus erat discursibus beatæ Virginis? quibus Ioanni baptistæ in sua eremo? At esto tamē interim; fac ita se habere (quod vanissimè somnias) si cōgruat castitas, expediēsq; sit ecclesiasticis ministeriis: quid nī rectè iam inde ab apostolica ætate cœlibibus præcepta, impostaq; fuerit clericis? Quod iterum

Iou-

Iouinianisimum tuum prodas: Hieronymus te satis superque (ne quid de tota dicam antiquitate) refellet. Hoc tamen laudo, ac te quid valeat, ac sit expendere diligentius velim; quod fatearis non paucos propter regnum Dei se castra-re, & tales à Christo beatos prædicari; & eos copiosiorem Christo prolem genuisse. Nam siquid ego videam (vt & ante testatus sum) idem dicas, quod dum in Hieronymo damnabas: affirmante virginitatem cœlum replere, nuptias terram. Nam quid alioquin vetat, & non castratos æquè copiosam problem Christo gignere? Cæterū cum ea, in quibus Paulus, & sancti oraculorum scriptores gloriātur, nequeas damnare: (si Christo placet) concedis nō esse inutilia prorsus; si moderatè fiant, & ex fide; quasi quisquā hereticorum, aut Turcarum sibi vigilandum, precandum, ie-

LI iii iun-

ORIG. M O N A S T:

iunandum putet; & (vt putet) quicquam
omnia profore ei opinemur. Facimus
aut ex fide, sequimur Pauli exempla, &
^{2.Cor. 11.F.} consilia in hisce. Nam vigilias suas con-
^{1.Cor. 6.a. et} tra proauos vestros pseudapostolos cele-
^{11.F.} brat; celebrat sua multa ieunia; alibi nos
^{Ephes. 5.} semper in Psalmis, hymnis, & canticis spi-
^{Colos. 3.} ritualib. vult gratias semper pro omnib.
^{Psal. 54.a.} agere; quoties semper iubet orare? Et
^{Psal. 118.x.} David nō tam suas prædicans virtutes,
quā Christianorū vaticinās, ac mādās:
nunc mane, vespere, & meridie; nūc se-
pties in die laudem se Deo dicere cōme-
morat: aude hoc factum insimulare su-
perstitionis. Quid importunius autem,
atq; irreligiosius tuo hoc moderamine?
Scilicet grande periculum; ne Euchetæ
fiant Euangelici: qui sua oratione domi-
nica semel pronuntiata labris; egre-
giè se functos officio Euágelico, & Chri-
sto satis fecisse putant. Verum Pauli di-
ctum

M A T T H. G A L E N.

223

etūm de corporali exercitatione, id est,
gymnasia, quā indoctē iterum ad virtu-
tes istas detorques: quod doctissimi Pa-
tres ad gymnasiorum, ac studiorūvete-
rum exercitationes, & cursus pertinere
docuere. Quid indignius vobis istis in-
doctis commentis veritatem laceſtēti-
bus, ac virtutē oppugnantibus? Cætera,
quæ nugaris dudū sæpè accuratē sunt re-
futata: dū quę tu iteras; nō grauamur cre-
bro diluere. Quod autē paucos fingas, q „
bene, vtiliterq; armis votorum vtātur; „
hoīm narres, nō virtutis vitia; vt negare „
tibi nequeā. Quotus enim quisq; Chri- „
stianorū facit officiū, & respōdet fideli- „
ter sacramento suo? Quid ergo, num fi- „
des, num religio, num sacramenta no- „
stra abs te dānabuntur? Ad hæc illud vri „
Apostolicū perueritis more tuo, & de pe „
riculis cōfictis castitatis enarras: cū de la „
psi, de incōtinentia, de libidinis admīssis „
debue-

ORIG. MONAST.

„debueris cum maioribus nostris intelli-
„gere, & bona fide interpretari. Cætera
autem, quæ abs te denuo replicantur præ-
tereo; ut & illud quod ex capite secundo
Colossens. producis de specie sapien-
tiæ, ac pietatis, & humilitate corporis,
&c. quæ dudum Simonem Magum cō-
fodere, atque explodere ex orthodoxa
veritate docuimus. Quod autem con-
ditores legis de cleri continentia tempo
re Nicæni conuentus antiquæ, & ab eo
agnitæ pro lege Ecclesiæ, & compro-
^{1. Tim. 4.}batæ à Paphnutio, velis à Paulo notatos;
dum per ss. prædictis fore, ut existant,
qui nubere vetent: agis, quod impieta-
te, & hæretica petulantia dignum est.
Num enim prohibet nubere is, qui ido-
neum néget sacris ministerijs inconti-
nentem, quiq; vel non posse se aiat, aut
nolle verius, in hac copia fideliū id præ-
staturorum? an is non potius iubet tales
nubere?

M A T T H. G A L E N.

229

nubere? Quod si auari, ventris mācipia,
ambitionis serui, iactent se velle, & pos-
se, & post nolint: an iniuria ille ad sacra-
mentum faciendum compellit? Verba
ergo illa propriété de Saturmino, & impu-
rissimo Marcione dicta sunt, de Encrati-
tis, Nouatianis, de Tatianis, de Apostoli-
cis, & Valesijs; quorum illi negabant sa-
lutem coniugibus; & mentiebantur vir-
ginitatem; cum occultis diffluerent libi-
dinibus; hi etiā hospites per vim, ac vio-
lentiam castrabant, quibus vestra ^{Vide Epiph.}
^{hæresij. 5. Va-}lentiniana, & Hebionitica lasciuia car-
nificibus, & tortoribus est dignissima
Hæc beatissimi, & doctissimi Epiphanij ^{Theodor. lib.}
^{de hæresij.} sententia; hæc interpretatio verè à Deo
Ecclesiæ catholicæ donati Theodore-
ti in hæreticorum mythologijs. Quarè
id mihi in vniuersum esto semel dictum
de vestris coniugijs, virginitatis, ieu-
niorum, & ceteroru depresione vestra:

Mm aliud

ORIG. MONAST.

aliud nihil vos, quām Gnosticā spurcitatē, & Barborianā superbiam alio prætextu in orbem reuocare. Verum dum singula minutè discutio, ac refello: video me æquo diutius immorari huic parti; et fortassis non minus tædiosa tibi euadet meæ sedulitatis prolixitas; quā mihi extit molestia, & mortis, & nauseæ plena futilitas tua. Partiū aut̄ istam inæqualitatē magis vitiosam ducerē; si à confirmatio ne mea sperē fructū aliquē ad lecturū rediturū. At nūc quid opus verbositate dienti, loquentiq; apud hostem irrisurū. Breuiter tamen aliquid subijciam, quod sanabilibus sufficiat: catholicis semper vi sum est irrefragabile. Vota ergo nostra Mm. Nn. testibus, non nostra libidine neoterica interprete traduntur à Christo: obedientiæ quidem; dum Christus ait: qui animam suā saluam cupit, abneget semetipsum, & sequatur me; & alio in

MATTH. GALEN.

230

in loco: si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Voluntariæ paupertatis aut̄; dum idem dicit: relinquere omnia quę habes, seu vende, quæ possides, da pauperibus, & sequere me. Castitatis verò, vel te interprete: dū sunt (ait) eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum Dei; nō omnes capiūt verbū hoc; qui potest capere capiat. Hoc votum etiam te auctore (nam virginē Deiparā etiā vis castratam propter regnū Dei, in quā originalis labis omnis expertē nos cadere potuisse negamus castrationē) mater Dei professa est se nuncupasse; cū Angelo virū se cognoscere negaret; hoc Paulus cōtinētiæ (inquā) viduatis testatur se, & Apostolos recepisse à iuniorib. quoq; viduis; dū quarūdam rediuiuis libidinibus motus; vetat deinde tales admitti ad voti istius emmissionē; & addit cōtra tuā pernicioſā

Mm ij im-

impossibilitatis (vt tecum eo vtar verbo) excusationem : habere votifragas damnationem, quod primam fidem irrita faciant nubere volentes, vbi in Christo, & otio viduali lasciuire coeperint. Sic Epiphanius cum alibi; tum Apostolicis, hoc est, hæres. 41. libro secundo tomo primo. Si itaque (inquit) & ea, quæ post mundi experientiam vidua fuit (citarat autem hunc Apostoli locum) atq; Deo dicata, & postea nupsit, iudicium, & condemnationem habebit, quod primam fidem reiecit : quanto magis ea, quæ citra mundi experientiam Deo dicata virgo fuit, & nupsit; si contra Christum lasciuiat, & maiorem fidem rejicit; iudicium habebit, veluti quæ proprium propositum erga Deum relaxauit. Sic orthodoxi interpretes vetustissimi reliqui enarrant hunc ipsum locum. Mitto eundem Epiphanium ibidem testari

apo-

apostolicā traditionem definiuisse huiusmodi perfidiam *εἰνι φαμαρτού*, id est, scelus esse. Quod vt certius constet; nihil fuerit consultius, quam legere familiaris D. Petri Philonis disertissimi Hebræorum librum de Iessæis perfectioribus, hoc est, Christianis, quos interim vocat Therapeutas, seu cultores, & supplices, quosque ex utroque sexu dicit soletere (tum Marco euanglista duce, ac præceptore) tria nostra dudum expofita facere vota; delectum ciborum, ac vestium eorum depingit, & cætera, quæcunque etiam nunc in orthodoxis obseruantur monasteriis, vt ipse etiam vocat. Hæc autem ita se habere primum docet Eusebius ille Pamphili libro secundo Ecclesiast. Histor. cap. 17. edit. græc. Parisiën. Nicephorus libro item secundo Ecclesiast. Hist. cap. 16. & lib. octauo cap. 39. Hermias Sozomenus

Mm. iii. libro

ORIG. MONAST.

libro item primo Ecclesiast. Hist. ca. 12. Epiphanius hæresi 29. in Nazoræis, Hieronymus in vita eiusdem : docent (inquam) hi Philonem referre eo libro, quæ in monasteriis à Marco euangeli sta institutis ad Alexandriam vidisset, & scripsisse propterea ; quod cum multa religionis suæ cerneret vestigia ; putauerit se gentem suam celebraturum. Pertinent eodem, quæ Fl. Iosephus cum in antiquitatum Iudaicarum libro 18. capite secundo ; tum libro secundo de bello Iudaico capite duodecimo græca distinctione de duplicibus Eessenis memoriæ eadem de causa prodidit. Id quod plenius intelligas ; si Dionysij Areopagitæ caput sextum de Hierarchia Ecclesiastica loco scholij addideris ; vbi suos duces testatur (quos cum veteribus etiā græcis interpretibus Apostolos accipimus) Monachos, & Therapeutas dixisse,

M A T T H. G A L E N.

232

se, qui à vobis dicuntur modò superstitioni, & impio : Monachos ob arctam cum Deo necessitudinem ; Therapeutas ob eximum Dei ab ipsis exhibitum cultum ; & tria nostra emisisse vota, tonsos, cæteraque eadem nobiscum *πεντηκοσιάδαι, τρια τελετὰς τελείσαδαι* ; ut & Philo cum Eusebio, ac Nicephoro locis indicatis loquitur. Hæc cum ita sint ; & cum apostolicos discipulos, ac viros hæc tradere, ac laudare sciam, ac legamus : qui possum vanissima, & ridicula tua peroratione, ac sumptione moueri. Nā Areopagitam esse Pauli discipulum ; tametsi satis probatum sit hactenus cum à recentibus ; tum à veteribus Damasco, Pachymera, Michaele Syngelo, Ioanne Sycopolitano, Theophylacto, Commentar. ad Lus. 13. ipsoq; vniuersali Concilio septimo canoneseconde, & cōcilio sexto actione II. ex Sophronio Ierosolymitano : tamē prope

ORIG. MONAST.

prope diem idem euidentius fiet editione Visbij oculati martyrij illius testis, & Onesiphori Atheniensis chronographi adornata iam ad prelum ab amico quodam nostro. Certè Philonem virum esse apostolicum: est hactenus extra controuersiam. Hæc igitur breuiter aduersario calumniaturo, & cauillaturo sint responsa: si doceri cupias; plura suggeret martyr Roffensis, & Alfonsus Viruesius; & nos quoque fortassis ab illis intacta non nulla, eaque haud contemnenda subministraremus. Verum id optare possum; sperare necdū possum. Deus autem misericordiæ fons, qui neminem vult perire: det tibi, & tuis neogamis, atque etiam pa-leogamis, imo & polygamis resipiscentiam,
Amen.

PER-

MATTH. GALEN.

233

PERORATIO HENDECA-SYLLABA TOTIVS COMMENTA-

rj ad veros Monachos vniuersos per totam Ecclesiam catholicam, qua auctor preces eorum, & satisfactionis aliquam communicationem sibi petit.

CAPVT XX. ET VL.
T I M V M.

EN vestri capitis pium Galeni
Hic fructum Monadis sacratæ alumni,
Et veri Therapeutici nepotes;
Et deni quater otium professis
Succisum studiis habetis ecce
Ieiuni; vt reor haud amoris in vos
Vulgaris (nisi fallar) æuitemum
Pignus, nec minimum monasticorum
Sanè encomion ordinum, & sacrorum.

Nam nullo potius decens fuisset
Momento adserere à malis tenebris,
Quam quo principio disertus illa

Nn Lu-

ORIG. MONAST.

Lustrauit Mareoticis in agris,
Descripsitq; Philo peculiari
Libro, quôq; Patres iij solebant,
Quos hic laudat, & æmulamini vos
Exercere suam professionem,
Et cultum eximum Dei, refert ut
Hic idem eloquio, fideq; summus
Scriptor. Nec valeat quid inueniri,
Quod posset facere inclytam magis-
rem,
Diuina, & vetus, atque origo nota.
Nam si vina solum, poliq; tractus;
Aurum si regio, & metalla venæ;
Si terræ reliquias probent vbiq;
Res; si deniq; lineis ab altis
Deductum celebret, beetq; stemma.
Mortales aliud nihil merentes
Præconi: quid ab optimo, simulq;
Summo ducere originem parente
Credemus decoris merere veri.

Iam

MATTH. GALEN.

234

Iam mitto graduum celebritates
Quorumque à capite ad nouissimum
vñque
Haud ignobilium suo labore,
Et partas studio ; Dei tametsi,
Primæuas sit imagines negatum
Expressas penitus referre cunctis :
Communes etenim datas cuiq;,
Naturæq; monastices tributas,
Et dotes proprias per omne tempus,
Quas tractas obiter probamus ipso ab
Ortu; non poterit putare quisquam
Parui inter solidas, grauelq; laudes.

Quapropter quibus hic meus place-
bit,

Et seruire labor, pia aut voluntas
Quibit: fint memores (precor) subinde
In sacris monachi suis Galeni
Peccatoris, & ex penu benigno
Præclarorū operum, precumq; summa

Nn ij Vi

ORIG. MONAST.

Vi quiddam tribuant ei, satis quo
Pro admissis faciat suis frequenter
Offenso nimis, & nimis seuero
Censori haud operum modò improbo-
rum,

Quæ sensus veniunt ferè sub ipsos,
Sed virtutis item pigrè, & supinè
Neglectæ, mediis latentiumq;
Votorum in sinibus, medulla & ima.

THO.

ELEGIACVM SACRA-
MENTI MONACHICI, ET HA-
RVM ORIGINVM MONASTICARVM AV-
CTORIS ELOGIUM PIETATIS ERGÒ CÙM IN ILLUD, TUM
IN HUNC, VTPOTE PRÆCEPTOREM SUUM CHA-
RISSIMUM À M. MELCHIORE ZUNT-
ZERO SCHRATTENBACHIO
CONFECTUM.

Ignus Oceani Phœbus properabat ad vndas:
Fessum animum nuper dum recreare volo.
Herbida (quandoquidem fieret mihi copia) prata:
Dulcisona et volucrum voce sonora peto.
Lata igitur gressu calcanti grammalento:
Cominus occurrit virgo pudica mibi.
Ater eam pannus, viliusq; tegebat amictus:
Ut rectè Monacham sis ratus esse piam.
Virgineus vultus, facies pedibunda, grauisq;
Incessus dubiam hanc non sicut esse fidem.
Illa ibi mox aptis vulturibus aethera completa:
Respondebat Echo planetibus usq; probis.
Quo fugiam tantis (inquit) circundata bellis:
Plenum nanque feris hostibus omne solum.
Gallia sanguineis armis inuadit inermem:
Me miseram nimium Teutonis odio humus.
Herescon in me petulans audacia surgit:
Noxius insultat usq; et ubiq; furor.
Cum la dolis variis, sunt omnia plena periclis:
Hostis abest nusquam, mox ero preda lupi.
Ehen quam prodest mihi nil, non esse nocentem:
Insom (pro Superi) commoda, et alma tremor.
Quo pacto laqueos, et tot vitabo Charybdas:
Fretus mea antiqua similitudine modi?

N n off

Antiochi quondam fatum lachrymisse cruentus.
 Perpetuo annosum Nestora fama canit.
 Vnius ob chari Euandrum quoq; funera natæ
 Aeternum luctum sustinuisse ferunt.
 Et mihi vita licet dulcis sit: acerba necesse est
 Fiat; que multos cerno perire mihi.
 Hec simul ac dixit nimis superata doloree
 Sternitur in viridis gramine prona soli.
 Tunc ego ne sibi forte necem conciseret ipsas
 Et propria vrgeret tristia fata manu:
 Accuro, venerorq; ipsam mox poplite flexo:
 Quid sibi vult (inquam) plantus, et iste dolor?
 Tota mades lachrymis, quam lamentabile nil hic;
 Define. Nam nimius miser obesse potest.
 Tristitiam tollent omnem, que gaudia porto:
 Vt clarum reddunt nubila pulsâ diem.
 Vix hœc fatus eram repetens suspiria muta
 Suspicit; et verbi præ nouitate stupet.
 Me simul indignum blando sermone salutans:
 Quæ dicam, querula voce referre parat.
 Quod meus ingratus quondam mihi struxit alumnus?
 Quis valeat tantum tollere, quoj, malum?
 Hostis vt inmeritus fieret; Venus, atq; Cupido
 Fecerunt; matri (sors miseranda) sua.
 Hoc duce permulti delirauere clientes:
 Hæreconi quos hic usq; vorago tenet.
 Insani fugient rapidae seu fluminis vnde:
 Et votum tanquam futile despicunt.
 Heu quot adhuc charos blandis complector in vlnis?
 Quos vt deficiant dire Cupido mones?
 Iste puer quot enim telis confixit acutis;
 Eḡ meo gremio suavit inire fugam?
 Sed nec adhuc rabidus preda contentus intus
 Insidijs varijs abdita claustra subit.
 Et trahit ignitis transfixos inde sagittis:
 Quos prohibet summo reddere vota Deo.
 Ad celum hæc inter stellantia lumina tollit;
 Et palmis iunctis hæc iterata gemit.

Me

Me quibus aduersis Diu non easib;is vrgens?
 Quam sub inhumano sydere verbor ego.
 Adspiciant tandem vultume fata serenos:
 Inq; mea laudis sede priore locent.
 Institi vindex Daniel demissus ab aree
 Aetherea poterit constabiliare vagans.
 Sed fuerit fortasse nefas, ut sydera linquens?
 Spiritus huc felix, atq; beatus eat.
 Dilingana virum tellus mihi gignat amicum;
 Finibus à nostris qui mala tanta fugit.
 Sed quid opus nunc semen (ait) committere arena?
 Quid iuvat in ventos fundere verba leues?
 Quot secum quondam Martem tentare vetustos
 Heroas memini pacis amore meis?
 Quot sunt conati libris excindere doctiss?
 Fraudibus hæresew dogmata sparsa diu?
 Lethifero præbent nostro medicamina morbo
 Sunt fidæ Ausonio quotquot in orbe scholæ.
 Attamen haud mihi parcit adhuc petulantia linguis?
 Improba sed rebus pergit obesse meis.
 Inq; meam cædem conspirauere tyrami
 Innumeris; ut tollar fax male sana cupis.
 Vndiq; funestis ad me concurritur armis?
 Nil superest misere de requiete spei.
 Claustra suis lugent proprijs vnuata colonis;
 Plurima terribili diruta strage iacent.
 Atq; meos census captat posseffor iniquus?
 Nec pudor in propriam sacra tudiſſe domum.
 Sacrilegi raptus si causas fortè requaram;
 Proferetur scita cum pietate color.
 Hoc superis culta nihil est iniurios (aiunt:)
 Est exosa pio fæda cuculla Deo.
 Agnorumq; lupi latitant sub pelle; fugetur
 Ne pauidum immanus perdat omile fera.
 Mendacesq; negant summo me Numine natum
 Mortalij volunt de genitore satam.
 Mox ego concessa fandi mihi pace, benignus
 Confolans mestam talia verba loquor.

Pelie

Pelle protul tristes veneranda monastria turas:
 Causam namq; tuam ritè Galenus ager.
 Ipse tuos tandem casus miseratus acerbos:
 Nititur unus opem vindice ferre manus.
 Forris hic assertor fidei, et pietate verendus:
 Vult tibi sublatu restituatur honor.
 Iam satis es multos lachrymis confecta per annos:
 Iamq; satis varijs es lacerata modis.
 Nec tua terga dein postica ciconia pinset:
 Ceu hoc usq; quoad stirps tua nota minus.
 Iam satis es pelagi canas iactata per vndas:
 Naufragio et venit tuta carina tuo.
 Profero (ne verbis miseram lacasse putarer)
 Quem in manibus librum candide lector habes.
 Hunc etenim mecum tuleram letturus in agros:
 Propositum fieri si valuerit opus.
 Vix data promendi fuerat mihi plena potestas:
 Inspiciendi ut mox copia fiat, auet.
 Poscenti exhibeo, moneo quoq; voluat ibidem:
 Hoc manibus dignum; ut saepe teratur opus.
 Codicis auctorem spectans in fronte Galenum:
 Lumine sublato, que memorabo, refert.
 Aegram me complet medicum dulcedine nomen:
 Ingratas morbo rumpe Galene moras.
 Non etenim cœca medici tibi sorte Galeni
 Obtigit hoc nomen; prouida fata dabant.
 Hic docuit varios medicamine pellere morbos:
 Tu mihi tot lachrymas arte repelle tua.
 Corpus hic ad tumuli latebras reuocabat iturum:
 Tu reuoca qui me deseruere domum.
 Tu mentes sacris tentes sanare medelis:
 Et retrahas quotquot tartara nigra petunt.
 Nec dubita libris fidei succurrere lapsa:
 Restitutasq; suo dogmata sacra loco.
 Hic ego vidi (enquam) nec ei quoq; posse negatur:
 Siliceat, quod res est, sine fraude loqui.
 Optima dogmatices siquidem non pharmaca desint:
 Eloquo, linguis, et pietate valet.

Cursu

Cursu namq; suo quartus nunc labitur annus
 Vrbs tua quod fuerit Grudia grande decus.
 Qui nunc Dilingam magna cum laude vocatus:
 Ingenij hic spargit maxima dona sui.
 Truchsesi factus celeberrima fama Lycei:
 Id rigat haud paucō noctare Syderio.
 Cum data scripturas ipsi sit cura docendi:
 Hoc munus rara dexteritate facit.
 Quippe patres priscos græcos, pariterq; latinos:
 Dochus habet docto semper in ore suo.
 Inde etiam prouipit thesauri diuitis instar:
 Dignum hunc, qui virat secula multa, librum.
 Si quid habent sophicæ nodoja volumina doctæ:
 Ipsius ingenium cuncta reclusa videt.
 Si Latie, et Graie obrepant fas illata lingue:
 Hebreo, atq; Syro fonte innare queat,
 Sacra quoq; eloquij summa dulcedine tractat:
 Quando locum fandi, et tempus adesse videt.
 Sæpius hunc vidi (nec enim comperta tacebo)
 Argutis nimium fundere verba modis.
 Hoc testabuntur donandi luce labores:
 Eloquentij sui que monumenta dedit.
 Dum tua lugubri plangebat funera questu
 Kleindinj; dinorum Bartholomæ decus.
 Graia stylo transfert magna cum laude latino:
 Dogmatice Manus ceu tua testis erit.
 Sed quia sunt maiore fide præsentia digna:
 Quæ dixi præsens cuncta probabit opus.
 Ipsius angelicæ mitto præconia vitæ:
 Hac etenim paucis quis memorare queat?
 Nam Therapeuta potest non falso nomine dici:
 Si modò de rebus nominis huius agas.
 Gaudia namq; velut præsens terrena venenum
 Despici; et superos virginitate colit.
 Estq; semel curare die sudoreq; minutus
 Contentus vires, seq; fouere cibo.
 Et quoniam molles fastidit gloria plumas:
 Est minima studium nocte leniisse satis.

Oo

Muscod

Grudij in cō
métarijs. C.
Cæs. putatur
à quibusdā
nunc Loua-
nienfes.

Musa q̄ suo velut arcto carcere clausus
 Aut studet, aut vigili mente superna petis.
 Sed quia sol properat lucem demergere ponto:
 Pergas; num restant multa legenda tibi.
 Si superi annuerint alias facilesq; Camana:
 Praeceptor merita laude canendas erit.
 Ipsa prius tacito miratur pectora doles
 Quas retidi: mea quam iussa patranda putet.
 Hac istas (inquit) spes me pertraxit ad oras:
 Hec est aduentus vñica causa mei:
 Ut nossem schola, que pars producta nonello.
 Hic floret, quantis sit decorata viris.
 Sed quæsitæ mīhi sese prius obtulit vltro:
 Tollatur morbus qua medicina meus.
 Hec Otho cura tua est, qui fulges luminis instar
 Inter Romulidas, purpureosq; patres.
 Hic tuus est labor, hi sumpus sunt optimè pastores:
 Augustana tibi credita cum sit ovis.
 Myistica dum fidi studij fundamina ponis;
 En laus hoc facta surgit arcta tuo.
 Dum sacra qui magno doceant mysteria fructus
 Accersis procul hanc sumptibus exiguis.
 Quiq; iuuentuti sophiaæ sacraria pandant:
 Dum tanta cogis sedulitate viros.
 Hic scopus eis huius discini (dico) laboris:
 Vi patriæ valeas ferre salutis opem.
 Arsonia pietatis apex mil ferre recusas:
 Vi redeat nobis religionis bonus.
 His dictis iterum moneo, atq; his vocibus hortor:
 Ceptim carpe legens inelyta mater iter.
 Hesperium quoniam sol iam declinat ad axem:
 Perlege, dum plenæ gratia lucis adess.
 Perge prius, nos hinc fugiat quam phœbus; & vmbra
 Accessu impedianc voluere plura suo.
 Incipiens monitis aures aduertere pronas:
 Hoc totum pressa voce volutat opus.
 Interēcessat tristi suspiria vultus
 Ducre; quin mœrqr iussus abire fugias.

Atq; perit veluti nix accidente calores
 Quo prius occulto tenta dolore fuit.
 Quæ querula tristes edebat voce querelass:
 Conditione noua carmina lata canit.
 Gratiferas læco fundit de pectore voces:
 Auctoremq; libri concelebrare studet.
 Pro tantis nequeo dignas tibi reddere grates
 Officijs (inquit) docte Galene tuis.
 Dij tibi Nestoreæ concedant dona senectæ:
 Et videas: latus plurima secula dies.
 Fata dedere tibi secretum inquirere verumz
 Vni nota tibi gentis origo mea est.
 Sunt soli referat a simul tibi secula prisca:
 Hinc quæ non alius tu stabilire vales.
 Credo, sed & penitus persuadent lecta, libenter
 Voluere te prisca nocte, dieq; patres.
 Tu solus veri rectam contingere metans
 Conspiceris, quæ tot clam fuit vsg; viris.
 Per te noster honor tetro revocatur ab orco:
 Nostra diu tumulo fama sepulta redit.
 Grata quoq; agnoscó multum debere labori,
 Sumptibus & largis me S A L I C E T E tuis.
 STAINGADEN diu per te tutissima stet res:
 Ceu facis officium gnauiter vsg; tuum.
 Qui prisca lapsis fidei quo rebus adesse
 Cernaris: nimias fundere gliscis opes.
 Efficiis, ut magno cum fructu luce fruantur:
 Quæ fortè obscura nocte premenda forent.
 Hoc facto celebre summum redderis in aenum:
 Tale opus (haut dubites) secula sera canent.
 Hac ratione facis tua laus vt floreat vsg;
 Hac trita paucis ibis ad astra via.
 Posthac ingratos cupiens renocare clientes:
 Absentes verbis talibus alloquitur.
 Quo nam igitur ruitis; quis vos finor impulit (inquit)
 Sistite, ne prensos imia Barathra vorent.
 Mundus enim natus si quos est forte sequaces
 Illegebis nigri ditis ad ora trahit.

Cultoresq; suos falsa sub imagine lusos:
Perdit, et incantis ignea vincla parat.
Inmundum misere seducti linquunt mundum:
Egressi pridem queso redite domum.
Hac tenus in tenebris, et cæca nocte vagati:
Adspicite huc clarum, vivificumq; diem.
Terrena et quotquot latuissimæ facie sepulti:
Defixi in fluidis delicijsq; modis.
Hinc redeas diuini quisquis consortia sferes:
Hic mentem erroris pondera nulla prement.
Erroremq; tuum quicunq; es cerne pudendum:
Caris tua mendax est referata finge.
Ne fuge, ne sfernas; non sum de sanguine Pauli:
Deliciae horribilis cuius eramus erat.
Ne precor, agrotos imitatus sferne medelam,
Quia vigor ille tuus restituendus erit.
Vos etiam, sacri quos nondum limina voti
Egressos mundi dira venena trabunt.
Occulos (moneo) laqueos aduersite cautiz:
Et mala quæ mundi retia passa struant.
Oblita ne belle perimant vos labra videte:
Miscerit enim dulci toxica prava fano.
Mellaq; promittit, cum porrigit vjg; cicutam:
Hunc inibi qui stigiat fidus alumnus erit.
Gemmarum externo rotis splendore resulget:
Sub pulchra sorde veste latere scias.
Non tantum poterunt Sythes, vel Scylla nocere:
Quam mundus præ se commoda multa ferens.
Ne vultu nautas Sirenum carmine captos:
Hærecon falsos carmina blanda necent.
Pergite non villo mortali pondere presi:
Scandentes humili sydera celsa prece.
Pergite mundanas omnes contemnere curas:
Vna beatifica hec dicit ad astra via.
Pergite mundanis spretis velut ignis in altum
Tendere: præsentem et voluite sepe librum.
Hæreticus valeat, valeant commenta Lutheri:
Præsentis que sunt arte retefacta libri.

Mitte

Igitur me vanis post hac profundere magis:
Mittite fallaci vota granare modo.
Iungite, et monachos, monachorum et schema cachinnans
Excipite: ut liceat, quod Deus ipse probat.
Iec sacra dum loquitur virgo caligine terram
Inuoluens sequitur nox properata diem.
Tempus adest (inquam) fiat mihi copia eundi:
Hora vacans etenim me renoluta vocat.
Vox iterata (redi) comitum discedere cogit:
Quos hinc mox habeo ponere necesse sequi.
Ast ego (dicebat) non pergam tramite coepio:
Gaudia sunt hodie tanta ferenda domum.
Tuq; meis verbis inubeas saluere Galenum:
Secula visurus multa Galene vale.
Ut dixi, hoc siat: valeas, ait; ipsa valeto
Et tu (inquam) celeri moxq; recedo pede.
I felix (ait) atque mei memor omnia, quæ sum,
Dic praceptoris fausta precata tuo.

O o ij

ERRATA IMPERITORI
LECTORI OFFECTVRA.

Pagina 3. facie 1. versu 14. dele à. Pag. 4. f. 2. v. 19.) nif.
Pag. 7. f. 6. in margine lege 16. pro 17. Pag. 10. f. 2. v. extremo
nomina. Pag. 36. f. 2. v. 16. crediderant. Pag. 41. f. 1. v. 6.
falsissimam. Pag. 45. f. 2. vers. vltimo, consumantur. Pag. 53.
f. 1. v. 7. cognoscatur. Pag. 56. f. 1. v. vlt. subindicat. Pag. 57.
f. 2. v. 10. vigesima. Pag. 61. f. 2. v. 12. potuerint. Pag. 63. f. 2.
v. 2. dege patet, pro itaq;. Pag. 64. f. 2. v. 17. ipsarum. Pag. 74.
f. 1. v. vlt. quia, pro quid. Pag. 86. f. 1. v. 13. quantam. Pag. 92.
f. 1. v. 19. dele in marg. Matth. 23. Pag. ead. f. 2. v. 1. in marg. pone
Luc. 13. Pag. 126. f. 1. v. 1. sit. & v. 2. curus. Pag. 132. f. 1.
v. 15. assidéribus. Pag. 139. f. 1. v. 6. lege addant. v. 10. ad pro à.
Pag. 142. f. 1. v. 9. capita fa. 2. v. 4. impositionis. Pag. 149. f. 1.
v. 10. &c 11. lege competit. Pag. 163. f. 1. v. 15. obseruantiam.
Pag. 176. f. 1. v. 4. Quia. Pag. 180. f. 2. v. 3. & 4. viuant. Pag. 183.
f. 2. v. 3. cupiat. Pag. 190. f. 2. v. 4. post maximam interfere, &
Pag. 195. fa. 1. v. 13. lacessere. Pag. 219. f. 2. v. 16. &c 17. consa-
quetur. Pag. 228. f. 1. v. 4. stadiorum.